Vniuersis presentes litteras inspecturis N miseracione etc.

Noueritis, quod nos disponente domino . . ecclesiam . . die intendimus consecrare ad honorem dei et gloriose virginis matris [8]) Marie. [9])

Nos omnipotentis dei misericordia [10]) et beatorum apostolorum [11]) Petri et Pauli auctoritate et ea quam nobis dominus indulsit potestate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dedicacionem ecclesie predicte causa deuocionis et oracionis peruenerint [12]) xl dies de iniuncta sibi legittime [13]) penitencia misericorditer [14]) relaxamus.

Datum etc.

72. De anniuersario dedicacionis ecclesie. [15])

Vniueris Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint N miseracione etc.

Splendor paterne glorie etc. *ut supra.*

Quia uero legitur in scripturis sacris, quod non locus hominem set homo locum sanctificare bonis operibus consueuit, propter hoc piis et religiosis locis [16]) non propter loca set propter diuini cultus seruicium ac reuerenciam

---

1) B: *quam plurimum.* C: *quod cum plurimum.* D: *quod quam plurimum.*
2) A B C: *expediebat quod.*
3) D: *illas.* B fügt *oporteat* bei.
4) In D ist von *a residencia* an bis hieher ausgefallen.
5) D: *canonicam.*
6) In B fehlt *procuratorem.*
7) D fügt hier noch bei: *vos tenore presencium excusamus.*
8) In D fehlt *matris.*
9) D fügt noch *et sancti . .* bei.
10) Dieser eingang fehlt in A B C.
11) D fügt noch *eius* bei.
12) B: *peruenerint unum annum et.* D: *accesserint vnum annum et.*
13) In B und D fehlt *legittime.*
14) D fügt noch *in domino* bei.
15) B fügt noch bei: *uel indulgencie visitantibus dedicacione.* D: *qualiter episcopus duxit consecrandam ecclesiam.*
16) D: *propter pios et religiosos.*

Digitized by Google

saluatoris nostri et hominum[1]) nos debemus exhibere fauorabiles et benignos.

Cum autem ad honorem dei et genetricis ipsius ecclesiam .. sancti .. die duxerimus consecrandam, et cultus diuinus non debet minui set augeri, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum etc. *ut supra*, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictam ecclesiam quolibet anno in die ipsius anniuersarii causa deuocionis et oracionis venerint[2]) xl dies de iniuncta sibi legittime[3]) penitencia misericorditer relaxamus.

Datum etc.

73. De viduis pupillis et orphanis defendendis.[4])

Excellentissimo domino illustri regi Francie[5]) N miseracione etc. salutem corporis et anime cum omni reuerencia et honore.

Accedens ad nostram presenciam .. vidua, latrix presencium, non sine graui afflictione cordis nobis grauiter est conquesta, asserens quod — cum ipsa sit pauper et vidua[6]) ac miserabilis persona — pretor ac officiales castri vestri .. ad instanciam .. mercatoris, qui est dives ac potens, super quibusdam bonis suis aggrauant multipliciter et molestant. licet[7]) ipsa de sui facultate modica velit satisfacere alicui aduocato qui causam suam foueat et defendat, nullus tamen est qui patrocinari velit, ne predicti mercatoris incurrat iniuriam[8]) uel offensam.

Verum cum pia mater et humilis, ecclesia, intuitu pietatis teneatur miserabiles personas viduas pupillos et orphanos defendere et in sua iusticia conseruare, excellenciam vestram rogandam duximus ex affectu, quatenus placeat dominacioni vestre, dictis pretori et officialibus scribere, quod in hac causa[9]) se non intromittant aliquid diffinire, et si aliquis de iusticia[10]) conquestus fuerit coram nobis suam iusticiam prosequatur.[11]) et nos tam de ipsa vidua quam de aliis orphanis et pupillis et miserabilibus personis faciemus fieri[12]) iusticie conplementum.

Datum etc.

---

1) D: *et omnium sanctorum etc.* dann fehlt alles bis *ut supra* einschliesslich.
2) D: *accesserint.*
3) In D fehlt *legittime.*
4) In D fehlt *defendendis.* In A und C fehlt dieses und das folgende muster.
5) D: *domino domino G dei gracia illustri regi francorum.*
6) In D fehlt *et vidua.*
7) D: *et licet.*
8) D: *maliuolenciam.*
9) In B fehlt *causa.*
10) B: *de ipsa.*
11) D: *consequatur.*
12) In D fehlt *fieri.*

Digitized by Google

74. De episcopo ad episcopum vicinum, quod in sua dyocesi subpleat vices suas. [1])

Venerabili in Christo patri amico suo karissimo N miseracione diuina etc. N eadem miseracione etc.

Cum ineuitabili et necessaria causa in remotis partibus longam [2]) moram trahere intendamus super nostris et ecclesie nostre arduis negociis pertractandis, paternitatem vestram rogandam duximus ex affectu, quatenus in . . dyocesi nostra que ad ordinis [3]) pontificalis [4]) spectant officium, cum a vicariis nostris uel eorum clero [5]) fueritis requisiti, dignemini exercere.

Ad hec autem exercenda vobis per presentes plenariam concedimus potestatem.

Insuper ratas [6]) habemus indulgencias, quas subditis nostris [7]) in episcopatu nostro pretextu consecracionis ecclesiarum [8]) et aliorum piorum locorum et religiosarum personarum et captiuorum duxeritis relaxandas.

Datum etc.

75. Cum archyepiscopus scribit suis [9]) suffraganeis quod consecrent electum in episcopum.

R dei gracia archiepiscopus salzburgensis [10]) venerabilibus fratribus et amicis in Christo karissimis . . salutem et fraternam [11]) in domino caritatem.

Glorificetur nomen altissimi, gloria sua [12]) disponens omnia, [13]) cuius inconprehensibilia sunt iudicia et inuestigabiles vie eius, quod . . capitulo . . ecclesie de pastore [14]) prouidere dignatus est persona vtique eminentis sciencie predita, honestate pacifica [15]) et benigna, de quo [16]) non minus prouisum est ecclesie quam persone.

Verum cum ad examinacionem persone in litteratura sciencia et conuersacione ipsius procederemus, inuenimus eundem non tantum ad hoc set ad maiora dignum esse.

Quo circa fraternitatem vestram rogandam duximus ex

1) D hat blos: *de episcopo ad episcopum.*
2) In D fehlt *longam.*
3) B: *ordinem.*
4) D: *in ciuitate et diocesi ad eadem que pontificale.*
5) In D fehlt *vel eorum clero.*
6) In B fehlt *ratas.*
7) In D fehlt *nostris.*
8) D fügt *nostrarum* bei.
9) D: *episcopis.*
10) In B fehlt *salzburgensis.* D hat *episcopus turonensis.*
11) B: *karissimis . . et . . episcopis salutem et sinceram.* D: *carissimis eademque gracia episcopis turonensis ecclesie suffraganeis salutem et sinceram.*
12) In D fehlt *gloria sua,* wofür A und C *gloriosa sua* haben.
13) D: *omnia suauiter.*
14) In D fehlt *pastore.* B hat: *ecclesie dispensatore.*
15) D: *scienciis honesta publica.*
16) D: *qua.*

Digitized by Google

affectu, quatenus die . . ad . . locum personaliter accedentes eidem munus consecracionis [1]) iuxta sanctiones canonicas [2]) inpendatis.

Datum etc.

76. Qualiter iudeus conpellatur per censuram ecclesiasticam indirecte. [3])

N miseracione [4]) etc.

Cum dominus papa ex solita benignitate omnibus vexillum sancte crucis deferentibus ad visitandam terram sanctam [5]) concesserit quod ad solucionem vsurarum minime teneantur, constitutis igitur coram nobis . . mercatore christiano . . loci [6]) et . . iudeo, [7]) cui christianus prefatus [8]) pretextu vsurarum quandam summam peccunie exigere tenebatur, quia vero nobis per confessionem dicti iudei — *uel* per testes, *uel* per publica instrumenta — constitit, prefatum iudeum sorte sua debita de [9]) iure contentum, eidem mandauimus quod nichil [10]) a prefato christiano per [11]) vsurariam prauitatem exigeret uel etiam extorqueret. [12])

Vnde mandamus vobis, quatenus — si prefatus iudeus a dicto christiano racione vsurarum aliquid presumpserit extorquere — ipsum iudeum ad desistendum ab huiusmodi prauitate [13]) per censuram ecclesiasticam conpellatis, scilicet exconmunicando omnes dicto iudeo conmunicantes, et eidem prestantes consilium auxilium et fauorem, et cum eodem tam enormia [14]) contrahentes, et eidem aliquid racione huiusmodi [15]) persoluentes.

Datum etc.

77. De episcopo ad legatum pro clerico concubinario.

Reuerendo in Christo patri . . episcopo, apostolice sedis legato, N miseracione diuina etc.

1) In A und C fehlt *consecracionis.*

2) In B fehlt *iuxta sanctiones canonicas.*

3) D stellt dieses und das folgende muster um.

4) B fügt hier *archipresbytero*, D dagegen *archidiacono* bei.

5) B fügt noch *Ierusalem*, D dagegen *jerosolimitanam* bei, worauf in D sogleich folgt: *vsuras minime teneantur soluere.*

6) B fügt hier bei: *causa uisitandi terram sanctam Ierusalem cruce signato.*

7) B: *iudeo . . loci.*

8) D: *iudeo qui a christiano prefato.*

9) D: *iudeum de sorte sua debito.*

10) B: *nil magis.*

11) Von hier an bis zum folgenden *christiano* einschliesslich ist in D ausgefallen.

12) B: *contorqueret.*

13) B fügt *auctoritate nostra* bei.

14) D: *eodem mercimonia.*

15) D: *huiusmodi debiti.*

Digitized by Google

Cum ad . . ecclesiam de . . nostre dyocesis causa visitacionis et correctionis nos contigerit accessisse, inuenimus ibidem .. presbyterum porcionarium eiusdem ecclesie, latorem presencium, propter concubinam [1]) exconmunicacionis sentenciam incurrisse. quem ab exconmunicacione predicta [2]) qua tenebatur astrictus duximus absoluendum.

Set quia cum eodem super irregularitate [3]) contracta nequiuimus dispensare, ipsum ad paternitatem vestram duximus remittendum,[4]) vos affectuose rogantes quatenus cum eodem super irregularitate sic contracta dignemini misericorditer dispensare.

Datum etc.

78. Qualiter episcopus remunerat laycos sibi seruientes.

Quia mercenarius dignus est mercede sua, et tam de rigore iuris quam de equitate expediat quod bene et fideliter seruientes condignam remuneracionem [5]) pro laboribus et sudoris honeribus [6]) prosequantur, ne [7]) propter remuneracionem subtractam [8]) sanguis quod absit de illorum manibus prodeat [9]) quibus seruicium est [10]) impensum, et subtractor a domino in die nouissimo requiratur, idcirco nos miseracione diuina etc. considerato seruicio quod nobis et ecclesie nostre continue a longis retroactis temporibus fecit . . talis [11]) seruiens et clientulus noster, lator presencium, eidem [12]) possessionem [13]) ad mensam nostram [14]) spectantem in prestimonium duximus conferendam, ita quod vsus fructuum [15]) ipsius [16]) habeat et in vita sua possideat, salua substancia rerum, set post mortem ipsius prefata possessio cum melioracionibus in eadem factis ad mensam pontificalem sine aliqua controuersia reuertatur.

In cuius rei testimonium etc. datum etc.

---

1) D: *super concubinatu.*
2) In B fehlt *predicta.*
3) B: *singularitate.*
4) B: *transmittendum.*
5) Von hier an bis *propter* einschliesslich ist in A und C ausgefallen.
6) B: *honoribus.*
7) In A B C fehlt *ne.*
8) D: *remuneracionis subtractionem.*
9) C: *procedat.*
10) D: *non est.*
11) D: *fecit . . laycus.*
12) B: *fecit . . de . . eidem.*
13) B: *porcionem.*
14) D fügt *pontificalem* bei.
15) D: *quod inde fructus porcionis.*
16) B: *ipsius possessionis.*

Digitized by Google

79. Qualiter episcopus absens faciet aliquem canonicum recipi in ecclesia cathedrali. [1]

N miseracione etc. dilecto suo . . rectori [2] etc.

Cum in ratisponensi ecclesia[3] quedam ad presens vaccet prebenda per mortem bone memorie quondam archydiaconi [4] ipsius ecclesie, et ad ipsam conferendam ad ecclesiam nostram propter quedam eminencia negocia accedere non possimus, mandamus vobis quatenus ad collacionem ipsius prebende nomine et vice nostra insimul cum capitulo et in capitulo [5] prout vobis et ipsi capitulo dominus ministrauerit [6] procedatis.

Et promittimus, nos ratum habituros et firmum quicquid de collacione predicte ecclesie [7] cum capitulo duxeritis ordinandum.

In cuius rei etc. datum etc.

80. Qualiter exconmunicetur in genere qui furta[8] conmisit.

N miseracione etc. rectori . . ecclesie etc.

Accedens ad nostram presenciam . . mercator, lator presencium, nobis lacrimabiliter est conquestus, quod — cum ipse die tali [9] apud domum suam in lectulo suo occubuisset[10] — circa medie noctis horam, dum in medio silencii esset,[11] aliqui maligno ducti spiritu deum pre oculis non habentes clam et latenter in domum ipsius irruendo quendam summam peccunie pannos [12] et res alias asportarunt.

Quo circa mandamus vobis, quatenus in ecclesia vestra et aliis circumiacentibus auctoritate nostra moneatis [13] in genere dictos confugientes [14] qui furta conmiserunt predicta, quod a recepcione presencium usque ad dies viii secrete restituant [15] res prefatas.

Alioquin tam factores [16] quam consencientes in dictis ecclesiis exconmunicatos denuncietis et faciatis publice de-

---

1) D stellt wieder dieses und das folgende muster um.
2) C: *canonico.*
3) B: *cum . . ecclesia.* D: *in vlixbonensi ecclesia.*
4) B und D: *canonici.*
5) In D fehlt *et in capitulo.*
6) D: *ministrabit.*
7) B und C: *prebende.* D hat blos: *de collacione predicta.*
8) D: *ille qui furtum.*
9) B: *quadam.*
10) D: *concubuisset.*
11) A und C: *essem.* B: *essent.*
12) In D fehlt *pannos.*
13) B und D haben blos: *ecclesia ipsa* (D: *vestra*) *moneatis.*
14) In B fehlt *dictos confugientes.* D hat dafür: *omnes illos.*
15) B: *destituant.*
16) D: *tam ipsos factores.*

Digitized by Google

nunciari diebus dominicis et festiuis,[1]) quousque eidem . . mercatori[2]) de prefatis rebus furtiue subtractis[3]) plenarie[4]) satisfaciant.

Datum etc.

81. De limitacione ecclesiarum.[5])

Quoniam labilis est memoria hominis, cum[6]) a vili et corruptibili materia est[7]) formatus, cum nichil certius morte, nil incertius hora mortis,[8]) ideo inuentum fuit sacre scripture remedium, ut ea que in presenti[9]) hominum dispositione extiterint[10]) ordinata possint in posterum ad perpetuam rei memoriam liquido conprobari.

Verum cum in . . ecclesiis nostre dyocesis visitacionis et correctionis officium exerceremus, inuenimus inter earundem ecclesiarum rectores super decimis et parrochiis scandalorum[11]) controuersias multipliciter ac nouiter suscitatas, cum vterque eorum ad inuicem ad parrochias[12]) alterius manus auidas extendebant.[13])

Nos vero tante litis discordiam tam auctoritate ordinaria quam vtriusque partis beneplacito per viam pacis et concordie federa[14]) benigno fauore dirimere[15]) cupientes, prelibatis[16]) ecclesiis limitamus parrochias per certos terminos[17]) et locorum distancias in hunc modum. videlicet assignamus ecclesie . . parrochianos et . . terminos perpetuo limitatos.

In cuius rei testimonium fecimus inde fieri duas cartas, nostro sigillo sigillatas,[18]) quarum vnam habeat rector . . ecclesie, aliam vero talis rector.[19])

Actum in . . loco . . die. presentibus etc.

82. Qualiter contra clericum incorrigibilem procedatur.

N miseracione etc. archydiacono etc.

Sicut mattutinus lucifer alia sydera in splendore pre-

---

1) In B und D fehlt *diebus dominicis et festiuis.*
2) In B und D fehlt *mercatori.*
3) D: *receptis.*
4) In D fehlt *plenarie.*
5) B fügt noch bei: *super quibus rectores litigauerunt.*
6) A und C: *et.*
7) D: *corruptibili sit.*
8) B: *hora eius uel mortis.*
9) D: *presencia.*
10) B: *fiunt.*
11) In D fehlt *scandalorum.*
12) D: *parrochianos.*
13) B: *extendissent.*
14) D: *sedare.*
15) Alle vier handschriften haben *dirigere.*
16) D: *prefatis.*
17) A B C: *nuncios.*
18) B und D: *munitas.*
19) B: *uero rector . . ecclesie.*

Digitized by Google

cellit, et quasi sol refulgens in planetarum medio preeminenti coruscacione clarius elucescit, sic clericalis ordo ad decorem domus domini debet inter alios eminencius resplendere. clericus enim a cleros — quod est sors — quasi in sortem [1]) domini electus interpretatur, et [2]) quasi signum ad sagittam positus [3]) inde debet ostendere qualiter oporteat in domo domini conuersari, ut malum auertat,[4]) bonum discat. quod enim agitur [5]) a prelatis, facilius datur subditis [6]) in exemplum.

Verum cum peccatis exigentibus porcionarium . . ecclesie fama publica deferente inuenerimus quam plurimis delictis enormibus — furto, homicidio, et excessibus publicis et manifestis, et aliis criminibus [7]) — multipliciter irretitum, et — licet per nos ut se corrigeret et de tantis excessibus satisfaceret caritatiua [8]) monicio precessisset — idem [9]) talis tanquam sue salutis inmemor id facere recusauit, immo deteriora prioribus conmissis [10]) accumulans salutem non formidauit scandalo multiplici perturbare. in [11]) linguas hominum incidere, et eorum inimicicias incurrere uel offensam, et multa enormia delicta in contumeliam et ignominiam creatoris conmittere non expauit. propter que ipsum exconmunicauimus, et deinde ipsum recusantem nolentemque [12]) de tantis excessibus satisfacere nec ad viam correctionis aliquatenus peruenire anathematizauimus, iusticia mediante, demum [13]) eundem in sua solita pertinacia perdurantem ab officio et beneficio duximus suspendendum.

Vnde cum non [14]) debeat de sua malicia inueterata [15]) conmodum reportare, et dignum sit ut quos timor dei a malo non reuocat saltim eos coherceat seueritas temporalis, mandamus vobis quatenus — si [16]) usque ad terminum predictum ad reconciliacionem sancte matris ecclesie redire noluerit — cicius [17]) quam poteritis eundem multum sagaciter capi faciatis absque corporis [18]) lesione, et eundem in car-

1) B: *sorte.*
2) B C D: *qui.*
3) D: *positum.*
4) A B C: *aduertat.* D: *euertat.*
5) D: *datur.*
6) D: *a subditis.*
7) Dieser ganze zwischensatz fehlt in A und C.
8) D: *canonica.*
9) Von hier an bis *facere* einschliesslich fehlt in D.
10) In D fehlt *conmissis.*
11) Von hier an bis *offensam* einschliesslich fehlt in D.
12) In A B C fehlt *nolentemque.*
13) B: *deinde postea.*
14) D: *cum ipse non.*
15) In D fehlt *inueterata.*
16) Von hier an bis *poteritis* einschliesslich fehlt in B und D.
17) C: *ocius.*
18) D: *corporali.*

Digitized by Google

cerali custodia retineri, [1]) ferreis vinculis perpetuo religatum, [2]) ita quod huiusmodi pena cedat aliis in exemplum.

Datum etc.

83. De constitucionibus synodalibus registrandis. [3])

R miseracione etc. dilectis suis . . archydiaconis prioribus conmendatoribus [4]) archypresbyteris procuratoribus [5]) capellanis [6]) et ceteris clericis [7]) ecclesiarum . . ciuitatis et dyocesis salutem etc.

Si racione rerum et personarum statuta et ordinaciones [8]) iuris peritorum et mandata principum minime seruarentur, non tanquam verba prudentum set quasi essent [9]) verba puerilia deputata. [10])

Sane cum apud locum nuper in nostra ecclesia kathedrali vna cum capitulo nostro [11]) synodum duxerimus celebrandam, et de consilio et approbacione dicti capituli [12]) nostri [13]) quasdam in ipsa synodo constituciones ediderimus synodales, mandamus vobis in virtute sancte obediencie, quatenus ipsas in [14]) parrochiis et ecclesiis [15]) vestris inuiolabiliter obseruetis, et in libris vestrarum ecclesiarum prefatas constituciones, [16]) quas vobis sub nostro sigillo interclusas — *uel* sigillatas [17]) — per . . latorem presencium ducimus destinandas, scribi uel [18]) redigi faciatis. [19])

Alioquin contemptores huiusmodi mandati nostri propter inobedienciam grauiter puniemus.

Datum etc.

84. Qualiter constituciones synodales execucioni dentur. [20])

N miseracione etc. archydiacono etc.

Relacione plurimorum intelleximus manifeste, [21]) quod quidam rectores archidiaconatus vestri in parrochiam alte-

1) D: *detineri.*
2) D: *ligatum.*
3) D: *regestrandis.* auch ist hier wieder dieses und das folgende muster umgestellt.
4) B fügt hier noch *uicariis* ein.
5) B und D fügen noch *rectoribus* ein.
6) A und C: *capitulis.*
7) B: *rectoribus.*
8) B: *ordines.*
9) B: *set fierent tamquam.*
10) D: *reputata.*
11) B fügt noch bei: *et nobiscum.*
12) D: *dicti consilii siue capituli.*
13) A C D: *et nostri.*
14) Von hier an bis *prefatas* einschliesslich fehlt in D.
15) In B fehlt *et ecclesiis.*
16) D: *constituciones scribatis.*
17) In B und D fehlt *uel sigillatas.*
18) In B fehlt *scribi uel.*
19) D hat blos: *presencium destinamus.*
20) B fügt noch bei: *uel obseruentur.*
21) B und D: *veridica.*

Digitized by Google

rius manus[1]) extenderunt auidas, contra deum et libertatem ecclesiasticam[2]) ac contra constituciones synodales in synodo nostra nuper editas et per capitulum nostrum et clerum nostre dyocesis vniuersum legittime approbatas.

Quo circa mandamus vobis, quatenus dictas constituciones nostras in archydiaconatu vestro faciatis ab omnibus rectoribus conmendatoribus procuratoribus et ceteris[3]) clericis inuiolabiliter obseruari, contradictores et rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam conpellendo.[4])

Datum etc.

85. De eo qui intestatus decessit.[5])

G[6]) miseracione etc. archypresbytero etc.

Exhibita nobis rectoris de . . peticio continebat, quod — cum . . laycus parrochianus suus subitanee mortis suffocacione decesserit[7]) intestatus — heredes et successores dicti intestati sibi terciam[8]) de tercia[9]) bonorum suorum — prout seruatur de iure et consuetudine nostri episcopatus — soluere[10]) contradicunt.

Quo circa mandamus vobis, quatenus inquisita super hoc diligencius veritate, si inueneritis ipsum[11]) parrochianum[12]) decessisse[13]) ut asserit[14]) intestatum, heredes et successores ipsius[15]) ad soluendum dicto rectori terciam partem[16]) de tercia bonorum dicti intestati auctoritate nostra[17]) per censuram ecclesiasticam conpellatis, inuocato ad hoc si necesse fuerit auxilio brachii secularis.

Datum etc.

86. Visitacio contra clericos per archydiaconum.

R miseracione etc. dilecto suo . . archydiacono etc.

Relacione plurimorum ad nos noueritis peruenisse,[18]) quod aliqui clerici in vestro archydiaconatu constituti de

---

1) B: *archidyaconi nostri indifferenter manus.* D: *vestri parroch. manus ad inuicem.*
2) B: *sancte matris ecclesie.* D: *deum et iusticiam et libertatem sancte matris ecclesie.*
3) D: *ceteris aliis.*
4) B: *conpescendo.*
5) B: *discessit.*
6) C: *Chunradus.*
7) B: *discesserit.*
8) B und D: *terciam partem.*
9) B: *tercia parte.*
10) D: *tradere.*
11) B und D: *dictum.*
12) A und C: *citatum.* B: *parrochianum eundem.*
13) A und C: *fuisse.*
14) D: *asseritur.*
15) B setzt *intestati* bei.
16) In B fehlt *partem.*
17) In D fehlt *auctoritate nostra.*
18) B: *deuenisse.*

Digitized by Google

incontinencia et aliis excessibus et alias [1]) peruerse et [2]) inique conuersacionis et vite infamia publice notantur, sanctam religionem ordinis [3]) inpudenter [4]) ac viliter [5]) polluentes.

Quo circa vobis in virtute obediencie et sub obtestacione [6]) diuini iudicii districte precipiendo mandamus, quatenus omni mora postposita ad ecclesias vestri archydiaconatus [7]) personaliter accedatis, et de uita et conuersacione ipsorum [8]) clericorum diligencius inquiratis, corrigendo que videritis corrigenda, et nichilominus secundum sanctiones canonicas excessus delinquentium [9]) puniendo.

Datum etc.

87. Ad fratres predicatores portantes [10]) alienum parrochianum ad sepulturam. [11])

M miseracione etc. religiosis viris et amicis in Christo karissimis priori et conuentui fratrum predicatorum de . . loco salutem et fraternam in domino caritatem.

Ex parte rectoris et clericorum . . ecclesie nobis conquerendo extitit intimatum, quod — cum . . parrochianus dicte [12]) ecclesie, agens in articulo mortis, ipsi ecclesie tanquam parrochianus eiusdem [13]) quedam [14]) de bonis suis legauerit, et ibidem in vltima voluntate se preceperit sepeliri — vos tanquam alieni iuris [15]) raptores falcem in messem alienam mittentes, corpus dicti parrochiani cum quibusdam legatis ecclesie predicte ad sepeliendum in vestrum monasterium deportastis.

Verum cum non debeamus alicui iusticiam denegare, mandamus vobis quatenus — si est ita — corpus defuncti ad prefatam ecclesiam cuius parrochianus extitit deportantes, dictis rectori et clericis legata [16]) sibi plenarie persoluatis.

---

1) In D fehlt *et alias*.
2) In B fehlt *peruerse et*.
3) B: *religionem clericalis ordinis*. D: *religionem clericalem ordinem*.
4) D: *inprudenter*.
5) D: *et multipliciter*.
6) A und C: *ostentacione*. B: *attestacione*.
7) B: *ad archidyaconatum*.
8) A und C: *priorum et*.
9) B: *diligentius*.
10) C: *deportantes*.
11) In A ist der raum für dieses rubrum noch leer.
12) In B ist von hier an bis *parrochianus* einschliesslich ausgefallen.
13) D: *eidem*.
14) In B fehlt *quedam*. A und C haben *quondam*.
15) B: *uiri*.
16) A: *clericis de . . et legatis*. B: *clericis et legatis*. C: *clericis delegatis*.

Digitized by Google

Alioquin die . . quem vobis peremptorium[1]) terminum[2]) assignamus coram nobis per sufficientem procuratorem comparere curetis, [3]) dictis rectori et clericis de premissis facturi iusticie conplementum. alias nos [4]) in dicta causa prout de iure fuerit procedemus.

Quod si dies conparicionis [5]) etc.

Datum etc.

88. Conposicio[6]) inter episcopum et capitulum.

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod — cum inter nos N miseracione diuina . . episcopum ex vna parte et capitulum eiusdem [7]) ex altera super diuisione bonorum nostrorum, [8]) scilicet super decimis mortuariis et aliis iuribus . . ecclesiarum nostre dyocesis, a longis retroactis temporibus esset questionis materia suscitata — tandem altissimus Iesus Christus vnigenitus gloriosus, qui est testator[9]) pacis et vere salutis formator, [10]) omne reuocans odium scandalum et offensam, inter nos amicabilem conposicionem per viam pacis et concordie edidit salutarem.

Cuius pacis inherentes vestigiis formam pacis et concordie per amicabilem conposicionem in hunc modum duximus statuendum. [11]) videlicet quod episcopus qui nunc est et omnes ipsius successores qui vlixbonensis ecclesie pro tempore fuerint [12]) libere habeant sine qualibet contradictione decimas et mortuaria et omnia alia iura . . ecclesie perpetuo [13]) possidenda.

Ordinatum etiam extitit inter nos et capitulum predictum, quod capitulum [14]) decimas et mortuaria et omnia alia iura . . ecclesie — preter procuracionem que datur racione visitacionis — libere habeat et possideat cunctis temporibus seculorum.

In cuius rei testimonium fecimus inde fieri tres cartas per alphabetum diuisas, nostris sigillis signatas, [15]) quarum

1) In D fehlt *peremptorium*.
2) B: *diem*.
3) B und D: *conpareatis*.
4) D: *alioquin*.
5) In B und D fehlt *conparicionis*.
6) A: *computacio*.
7) D: *ecclesie eiusdem*.
8) B: *omnium*.
9) D: *actor*.
10) B: *reformator*.
11) B: *ordinandam*.

D hat hier kürzer gleich: *omne scandalum odium uel offensam inter nos amouit et amicabilem conposicionem inter nos duxit ordinandam*.

12) Von hier an bis *ecclesie* einschliesslich ist in A und B ausgefallen.
13) B und D: *qui ecclesie predicte prefuerint*.
14) In A und C ist *quod capitulum* ausgefallen.
15) D: *nostro sigillo sigillatas*.

Digitized by Google

vna remaneat penes [1]) nos dictum episcopum, altera penes capitulum, et tercia remaneat thezaurizario[2]) vlixbonensis[3]) ecclesie perpetuo conseruanda. [4])

Actum etc. presentibus etc.

89. Quod conposicio confirmetur[5]) per papam.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino N diuina prouidencia sacrosancte romane [6]) ecclesie summo pontifici M licet indignus episcopus et capitulum vlixbonense [7]) cum summa reuerencia pedum oscula beatorum. [8])

Cum inter nos ad inuicem super diuisionibus bonorum nostrorum omnium, scilicet decimis mortuariis et iuribus [9]) aliis talium ecclesiarum nostre [10]) dyocesis, questio varia et diuersa agitata diucius extitisset, tandem mediante redemptoris [11]) gracia, qui pacis est et concordie reformator, [12]) per amicabilem conposicionem questionem prefatam concorditer terminauimus in hunc modum: *in nomine domini amen* etc.

Quare vestre sanctitatis beniuolenciam humiliter duximus exorandam, [13]) quatenus prelibatam [14]) conposicionem — prout iuste [15]) et sine prauitate facta est — vestris dignemini litteris confirmare ac stabilitate perpetua [16]) solidare.

Datum etc.

90. Conpromissum in arbitros. [17])

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod — cum inter nos M miseracione etc. ex vna parte et capitulum eiusdem ex altera super iure patronatus . . ecclesie nostre dyocesis, scilicet possessionibus decimis et aliis rebus, auctoritate apostolica questio esset diucius agitata — nos volentes parcere multis laboribus et expensis, ac prefatam questionem [18]) iudicio uel concordia terminare, pro bono pacis

---

1) Von hier an bis *remaneat* einschliesslich fehlt in D.
2) B C D: *thesaurario.*
3) In B und D fehlt *vlixbonensis.*
4) D: *reseruanda.*
5) B: *firmetur.*
6) B: *Gregorio sancte romane.* D: *Innocencio sacro sancte romane ac vniuersalis.*
7) D: *capitulum eiusdem ecclesie.*
8) Anstatt dieses schlusses setzt B gleich nach *ecclesie* ein *etc.*
9) B: *rebus.*
10) D: *scilicet mortuariorum decimarum et aliarum rerum ecclesiarum mee.*
11) D: *altissimi.* B und C: *redemptoris altissimi.*
12) B: *amator.*
13) B: *supplicandam.*
14) D: *predictam.*
15) B: *de iure.*
16) In D fehlt *perpetua.*
17) In D fehlt dieses und die beiden folgenden stücke.
18) B: *causam.*

Digitized by Google

et concordie super questione prefata conpromisimus in . . viros prouidos et discretos, sub pena hinc inde corporalis [1] prestiti iuramenti, [2] et sub pena etiam mille [3] marcarum argenti soluendarum a parte contradicente parti obtemperare volenti arbitrio seu iudicio . . arbitrorum.

Et sub pena eadem promittimus et obligamus nos, stare sub ypotheca bonorum nostrorum temporalium et spiritualium arbitrio mandato proposicioni seu iudicio predictorum, [4] et acceptare et seruare quidquid ipsi uel duo ipsorum [5] in hac questione contenta arbitrando mandando iudicando ordinando laudando conponendo et etiam sentenciando [6] quidquid ipsi uel duo ipsorum duxerint [7] faciendum.

In cuius rei testimonium eis talibus has nostras patentes litteras, nostris sigillis sigillatas, [8] duximus concedendas.

Datum etc.

91. Contractus mutui. [9]

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod in . . die . . anno [10] nos R miseracione diuina etc. recognoscimus [11] et confitemur, a mercatore . . loci c marcas bonorum turonensium et legalium mutuo accepisse, et ipsas nobis fuisse solutas in peccunia numerata. [12]

Quas quidem marcas in vtilitatibus et negociis vlixbonensis ecclesie duximus conuertendas. [13]

Nos vero dictas marcas uel valorem earum predicto mercatori usque ad . . diem in ciuitate vlixbonensi in pace et sine contradictione qualibet nos promittimus soluturos.

In cuius rei testimonium hanc patentem litteram, nostro [14] sigillo munitam, dicto mercatori duximus concedendam.

Datum etc.

92. Refutacio peccunie. [15]

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod

1) B: *corporis*. A und C: *precorporalis*.
2) B: *prestito iuramento*.
3) B hat nur *c*.
4) B: *predicto*.
5) B: *nostrorum*.
6) B: *seruando*.
7) B: *dixerint*.
8) B: *signantes*.
9) B stellt dieses und das folgende muster um.
10) B: *anno . . loco*.
11) B: *cognoscimus*.
12) B: *naturali*.
13) B: *concedendas*.
14) B: *nostri sigilli munimine roboratam uel nostro*.
15) B setzt noch *mutate*, C *numerate* bei.

Digitized by Google

ego . . mercator vlixbonensis[1]) confiteor et recognosco, me habuisse et in numerata[2]) pecunia recepisse a venerabili patre domino M vlixbonensi episcopo c[3]) marcas bonorum turonensium et legalium, quas eidem mutuaui.[4])

Et ipsum et successores suos qui vlixbonensi[5]) ecclesie prefuerint ad huiusmodi debitum do et concedo pro liberis et quietis, ita quod — si de cetero supra dicto debito carta uel scriptura siue instrumenta aliqua apparuerint — sint irrita, et nullam habeant roboris firmitatem.

In cuius rei testimonium hanc patentem litteram per manus talis[6]) tabellionis factam dicto episcopo concessi et mei[7]) sigilli munimine signatam.

Et ego talis tabellio his omnibus interfui etc.

93. Contra officiales[8]) ciuitatis qui tenent aliquem[9]) obsessum in ecclesia.

N miseracione etc. dilectis suis archidyacono et archipresbytero talis castri[10]) salutem etc.

Dolemus non inmerito quam plurimum et turbamur. intelleximus enim, quod quidam layci, quibus falso modo et inique mortis inpigebatur[11]) periculum, timentes[12]) pretorem et officiales dicti[13]) castri contra eosdem in iracundiam concitantes, ad . . ecclesiam dicti castri pre metu mortis confugerant,[14]) ut in eadem securius possent a mortis periculo defensari. qui[15]) pretor et officiales cum multitudine armatorum in eosdem confugientes cum magno tumultu hostiliter irruentes, ipsos in prefato obsessos tenentes, inmunitatem dicte ecclesie tamquam speluncam latronum violando, dictis confugientibus in contemptu[16]) dei et sancte matris ecclesie panem et aquam et cetera victualia[17]) subtraxerunt.

Quo circa mandamus vobis, quatenus ipsos pretorem et officiales[18]) auctoritate nostra moneatis, ut dictos confu-

---

1) B: *mercator . . loco.*
2) B: *et inmutata.*
3) B: *domino episcopo . . c.*
4) B: *exconmutuaui.*
5) B: *tali.*
6) In B fehlt *talis.*
7) B: *nostri.*
8) D: *pretorem et officiales.*
9) In D fehlt *aliquem.*
10) In D fehlt *talis castri.*
11) B: *inpingebatur.* D: *inpungebatur*
12) A B C: *tenentes.*
13) Von hier an bis *possent* einschliesslich ist in D ausgefallen.
14) B: *confugerent.* C: *confugerunt.*
15) A und D: *quod.*
16) D: *dicti consurgentes in conspectu.*
17) D: *et tectum actualiter.*
18) B und D: *officialem.*

Digitized by Google

gientes in prefato [1]) obsessos non teneant, nec eis aliqua subtrahant alimenta.

Quod si scriptis [2]) moniti id facere recusarint, ipsos auctoritate nostra exconmunicetis, et exconmunicatos publice nuncietis, et faciatis ab omnibus tamquam exconmunicatos arcius euitari.

Insuper omnes dicti castri ecclesias supponatis ecclesiastico interdicto, quo usque dicti confugientes [3]) liberum et securum habeant exitum et regressum, et eidem ecclesie cuius inmunitatem [4]) temere violarunt [5]) et de tanta deo et nobis illata iniuria satisfaciant conpetenter.

Datum [6]) etc.

94. Reseruacio beneficii auctoritate apostolica. [7])

R miseracione etc. dilectis suis priori et clericis porcionariis talis ecclesie talis castri [8]) salutem et benedictionem.

Noueritis, nos summi pontificis [9]) litteras recepisse in hunc modum: *Martinus episcopus seruus seruorum dei* etc. [10])

Harum auctoritate litterarum qua fungimur in hac parte dictum clericum in sciencia moribus vita et conuersacione [11]) examinauimus, prout in dicto rescripto apostolico plenius continetur. et quia ipsum inuenimus dignum [12]) ad huiusmodi beneficium obtinendum, nos sibi reseruamus [13]) porcionem in dicta ecclesia quam primo ibidem vacaret [14]) ad collacionem ipsius, ut ipsam dicto clerico iuxta mandatum summi pontificis conferamus.

Quo circa vobis eadem auctoritate precipimus et mandamus, quatenus quam cito in prefata ecclesia porcionem vacare contigerit ad collacionem ipsius [15]) nullatenus procedatis, quia de [16]) ipsa porcione dicto clerico intendimus prouidere, decernentes irritum et inane quicquid de colla-

---

1) B: *prefata ecclesia.* D: *in dicta ecclesia.*
2) D: *dicti.*
3) D: *fugientes.*
4) B: *inmunitates.*
5) D hat hier: *exitum ex eiusdem ecclesie inmunitate temere violare.*
6) B: *datum prage.*
7) In A fehlt *auctoritate apostolica.*
8) B: *suis parrochiariis .. ecclesie.* D: *suis rectori etc.*
9) B und D: *nos domini pape.*
10) B hat nur: *G etc.* D dagegen: *I episcopus etc.*
11) In D fehlt *vita et conuersacione.*
12) D: *ydoneum.*
13) B: *reseruauimus.* C: *seruauimus.*
14) B und D: *uacare contigerit,* worauf in D alles ausgefallen ist bis zu den worten *ad collacionem* des folgenden absatzes, vor welchen dort *quare* steht.
15) B: *alterius.*
16) D: *quoniam in.*

Digitized by Google

cione predicta contra mandatum domini pape presumpseritis attemptare.

Datum etc.

95. Confirmacio[1]) beneficii auctoritate apostolica.

N miseracione etc. dilectis suis rectori et clericis[2]) etc.

Noueritis, nos olim summi pontificis recepisse litteras in hac forma: *G*[3]) etc.

Et cum nos dictum clericum tunc temporis in sciencia moribus vita et conuersacione examinauerimus, et inuenerimus dignum ad huiusmodi beneficium obtinendum, nos sibi reseruauimus porcionem quam cito[4]) ibidem vacaret, et conferendam[5]) duximus iuxta mandatum domini pape,[6]) prout in littera nostre reseruacionis plenius continetur.

Nunc autem, cum in dicta ecclesia quedam porcio vaccet ad presens per mortem . . porcionarii ipsius ecclesie, volentes, ut dignum est, mandatis domini[7]) pape in omnibus obedire, prefatam porcionem dicto clerico auctoritate ipsius domini pape qua fungimur in hac parte[8]) duximus conferendam, et ipsum de dicta[9]) porcione per nostrum pilleum inuestimus, contradictores et rebelles exconmunicacionis vinculo innodantes.

In cuius rei etc. datum etc.

96. Cum metropolitanus[10]) vocat ad synodum suffraganeos.[11])

N dei gracia archiepiscopus salernitanus[12]) venerabilibus fratribus et amicis in Christo karissimis talibus dei gracia episcopis suffraganeis salernitane[13]) ecclesie salutem et fraternam in domino karitatem.

Cum de grege nobis conmisso in extremo die iudicii nos oporteat reddere racionem, expedit ut pro ecclesia dei

---

1) A und C: *conseruacio.* B: *inuestitura uel conseruacio beneficii auctoritate domini pape.* D: *alia reseruacio de porcione.*

2) B und D: *clericis porcionariis ecclesie.*

3) B: *Innocencius uel Gregorius.* D: *Innocencius.*

4) D: *primum.*

5) B: *confirmandam.*

6) C: *pape in omnibus.*

7) D: *mandatis dicti domini nostri.*

8) In B fehlt *in hac parte.*

9) B und D: *ipsa.*

10) A: *cum capuanus.* B: *cum archiepiscopus uel metropolitanus.* C: *cum conprianus* mit dem abkürzungsstriche über *ri.*

11) C fügt *ipsos,* D *suos* bei.

12) B: *Franciscus dei gracia archiepiscopus.* D: *N miseracione etc.*

13) B hat hiefür zwei punkte. D: *turonensis.*

Digitized by Google

taliter vigilemus, ut conmissum nobis gregem ab illius lupi morsibus qui circuit querens quem deuoret [1]) defendamus, non facientes tanquam mercenarius cuius proprie non sunt oues, qui videns lupum venientem dimittit oues et fugit, set tanquam boni et experti pastores gregis, qui oues sibi conmissas defendentes a luporum lacerantibus morsibus vigilant et conseruant.

Hinc est quod vos rogamus attencius [2]) et monemus, quatenus in . . ciuitate omni mora postposita nobiscum personaliter intersitis, ut ibidem nobiscum super vtilitatibus [3]) ecclesiarum nostrarum et tocius regni . . procurandis [4]) habeamus colloquium et tractatum.

97. De anniuersario dato ecclesie [5]) ab epyscopo viuente. [6])

In nomine domini amen.

Cum ex debito nature filius ad reuerenciam teneatur et obedienciam matri sue, que suis maternis ipsum lactauit vberibus, [7]) quam plurimis sumptibus et sudoribus enutriuit, siquidem nos miseracione diuina . . episcopus, [8]) recolentes plurima bona que a matre nostra vlixbonensi [9]) ecclesia a teneris annis recepimus, que nos etiam in pietatis sue gremio collocando de honore ad honorem gradatim de bono in melius exaltauit, ut diuini cultus seruicium [10]) non diminuatur set augeatur pocius, ad honorem gloriose virginis [11]) Marie et beati Vincencii martiris, [12]) cuius corpus sanctissimum in vlixbonensi [13]) ecclesia requiescit, damus et concedimus dicte vlixbonensi [14]) ecclesie . . possessionem nostram cum omnibus pertinenciis suis quam [15]) habemus in . . loco, que nobis successione [16]) patrimonii nostri remansit, perpetuo possidendam, ita videlicet quod per redditus possessionis ipsius vna missa ad honorem sancti spiritus in quolibet die iouis, alia vero missa in quolibet die sab-

1) D: *deuoret resistere ualeamus.*
2) D: *attente.*
3) D: *ibidem simul pro vtilitate.*
4) D: *tocius regiminis nobis conmissi.*
5) In D fehlt *ecclesie.*
6) B: *donacio patrimonii ecclesie uel anniuersario dato ecclesie timente.*
7) D: *filius tenetur obedienciam et reuerenciam matri sue exhibere, quem ipsa suis lactauit vberibus et laboribus.*
8) B: *diuina vlixbonensis episcopus.*
9) In B und D fehlt *vlixbonensi.*
10) D: *officium.*
11) D: *virginis matris.*
12) D: *Vincencii et Martini.*
13) D: *in dicta turonensi.*
14) D: *ipsi turonensi.*
15) A: *quas.*
16) D: *possessione.*

Digitized by Google

bati[1]) ad honorem genitricis[2]) virginis gloriose,[3]) alia autem missa in quolibet die martis [4]) ad honorem eiusdem martiris beati Vincencii, [5]) ceteris vero diebus et singulis vna missa de requie pro animabus [6]) patris et matris mee et pro anima nostra perpetuo sollempniter [7]) decantentur.

In cuius rei etc. datum etc.

98. De condendo [8]) testamento.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue vnitatis patris et filii et spiritus sancti amen.

Nos miseracione diuina[9]) episcopus, memores condicionis humane, quam semper comitatur innata fragilitas, cui ab ipso vite principio mortis imperium dominatur, dum vite nobis instaret terminus, loquele tamen et [10]) memorie in nobis integritate vigente, egri corporis, sane mentis, [11]) sic saluti nostre anime prouidimus consulendum, [12]) ut rebus humanis exempti videamur, de veri et eterni dei misericordia confidentes, quod cor contritum et humiliatum non despicit, quod ut suum redimeret populum [13]) gustare voluit calicem [14]) passionis.

Hoc presens testamentum, quod nuncupatiuum dicitur, id est sine scripturarum sollempnitate, in hunc modum duximus statuendum. videlicet pro anima etc.

99. Quando [15]) episcopus constituit procuratorem in curia romana. [16])

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi, quod talis vlixbonensis [17]) episcopus nomine ecclesie nostre constituimus fecimus seu ordinauimus . . latores presencium procuratores nostros, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio.

1) A hat hier *anni*, worauf bis *die* einschliesslich alles ausgefallen ist.
2) B: *dei genitricis*.
3) B: *virginis Marie*. D: *virginis gloriose Marie*.
4) D: *veneris*.
5) In D fehlt *beati Vincencii*. B dagegen setzt noch bei: *uel predicti sancti*.
6) B: *animabus parentum meorum id est pro anima*.
7) In D fehlt *sollempniter*.
8) A: *concedendo*.
9) B: *miseracione etc. vlixbonensis*.
10) D: *tam loquele quam*.
11) B: *egri corpore sani mente uel egri corporis sani mentes* oder vielleicht *mentis*.
12) D: *nostre duximus prouidendum*.
13) D: *populum vnigenitum saluatorem*.
14) B: *poculum uel calicem*.
15) C: *quod*.
16) In D fehlt dieses und das folgende muster.
17) B: *vlixbonensis ecclesie*.

Digitized by Google

occupantis, set quod vnus inceperit [1]) alter valeat consummare, in romana curia in omnibus causis appellacionum et in principalibus contra nos motis et mouendis a quibuscumque, in iudicio et [2]) extra, vbicumque nos inuenerint citatos ab homine uel a iure, coram quocumque iudice seu auditore sedis apostolice delegato, ad agendum defendendum [3]) excipiendum, ad petendum [4]) absolucionis beneficium, ad cautelam, et ad conponendum, et ad conpromittendum in arbitros seu amicabiles conpositores seu arbitratores, et iudices eligendum et recusandum, et ad impetrandum et contradicendum litteras legendas seu [5]) simplices iusticiam uel graciam continentes, et ad appellandum et appellaciones prosequendas,[6]) et apostolos petendos et recipiendos, et ad prestandum in anima nostra de calumpnia seu de veritate dicenda [7]) uel cuiuslibet alterius generis sacramentum, dantes eisdem licenciam [8]) ut vterque eorum potestatem habeat substituendi alium seu alios procuratores loco sui et ipsos reuocandi, quandocumque et quociescumque animis nostris viderint — *seu* viderit — expedire,[9]) et in se procuracionis officium resumendi.

Et promittimus, nos sub ypotheca bonorum ecclesie ratum habituros et firmum quicquid per dictos procuratores seu alterum constitutum seu substitutum [10]) ab eis uel ab altero eorum factum fuerit in premissis et singulis premissorum.

In cuius rei etc. datum etc.

100. Quando [11]) epyscopus constituit procuratorem ad mutuum contrahendum.

Vniuersis presentes litteras inspecturis R miseracione etc.

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos dilecto [12]) magistro .. canonico ecclesie talis sancti in Confluencia,[13]) quem ad sedem apostolicam nostrum procuratorem et nuncium destinamus pro nostris nostreque ecclesie negociis ibidem procurandis, speciale mandatum damus et liberam concedi-

1) B: *inciperet.*
2) B: *mouendis quibuslibet et extra.*
3) B: *descendendum.*
4) B schreibt zusammen: *apetendum.*
5) In A B C fehlt *seu.*
6) B: *persequendum.*
7) B: *danda.*
8) In A und C fehlt *licenciam.*
9) B: *quocienscunque eis uisum fuerit expedire uel nostris animis.*
10) In B fehlt *seu substitutum.*
11) C: *qualiter.*
12) B und C fügen *nostro* bei.
13) Von *canonico* einschliesslich bis hieher fehlt in B.

Digitized by Google

mus potestatem, nostro et ecclesie nostre nomine mutuum contrahendi cum [1]) quocumque siue quibuscumque [2]) creditoribus usque ad summam c librarum turonensium, et obligandi nos et successores nostros ac ecclesiam et omnia bona nostra et ecclesie nostre, mobilia et inmobilia, presencia et futura, ecclesiastica et mundana, illi uel illi[3]) a quo siue quibus idem noster procurator usque ad dictam summam duxerit mutuum [4]) contrahendum, et iurandi in animam nostram quod illa pecunia siue pars ipsius quam ipse nostro et ecclesie nostre nomine duxerit mutuo contrahendum non sit in nostram set ecclesie nostre vtilitatem conuersa, et renunciandi priuilegio fori, [5]) beneficio restitucionis in integrum, et excepcioni etiam quod predicta pecunia[6]) non sit conuersa in nostram set ecclesie nostre ‚vtilitatem pretextu alicuius constitucionis canonice uel ciuilis, et constitucioni de duabus dietis edite in concilio generali, cunctisque constitucionibus probacionibus et excepcionibus [7]) quibus contra creditores ipsos nos tueri possemus et per quas posset eis super eodem mutuo [8]) preiudicium aliquod generari, dantes eidem procuratori speciale mandatum substituendi nos iurisdictionibus cuiuscumque capellani domini pape si voluerit, in quem tanquam in iudicem nostrum consentimus, sponte scientes nostrum iudicem, et quod[9]) ipse possit et debeat de predicta summa pecunie siue eius parte nos condempnare ac in nos exconmunicacionis sentenciam ferre quocienscumque voluerit, si pecuniam de qua fuerimus condempnati non soluerimus in termino ab ipso auditore nostro statuendo, promittentes nos ratum gratum et firmum habere et contra de iure uel facto aliquatenus non venire quicquid super predictis seu eorum aliquo seu aliquibus idem noster procurator faciendum duxerit aut etiam procurandum, et velut [10]) in contractu seu litteris eiusdem nostris procuratoriis [11]) hinc inde faciendis plene contigerit [12]) contineri. [13]) et si contigerit [14]) super premissis [15]) omnibus et singulis premissorum [16]) litteras apostolicas inpetrare, conuencioni iudicum per nos uel procuratores nostros in romana curia conmorantes renunciamus expresse.

1) A B C: *et.*
2) B: *quicumque.*
3) In B fehlt *uel illi.*
4) B: *mutuo.*
5) B: *priuationem forme.*
6) In B fehlt *pecunia.*
7) B: *exemptionibus.*
8) In B fehlt *mutuo.*
9) A B D: *esse quod.* C hat blos *et.*
10) A B C: *velit.*
11) B und C: *nostri procuratoris.*
12) C: *contigit.*
13) B: *consentimus.*
14) B: *contingeret.*
15) B: *super predictis uel premissis.*
16) In B fehlt *premissorum.*

Digitized by Google

In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem [1]) presentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas.

Datum etc. anno domini etc.

101. Confirmacio beneficii ad instanciam sui vicarii.

Vniuersis presentes litteras inspecturis N miseracione etc.

Significamus vniuersitati vestre, quod talis nostre dyocesis presbyter [2]) quasdam litteras apertas, munitas sigillo . . nostri vikarii, [3]) nobis exhibuit et ostendit, quarum tenor talis est: [4]) *nouerit* etc.

Et nos supradictus episcopus quod factum est in premissis per dictum dominum [5]) P viccarium approbantes, [6]) de prebenda . . ecclesie auctoritate domini pape nobis in hac parte conmissa dictum presbyterum [7]) per nostrum pilleum [8]) inuestimus, et eundem instituimus in eadem, et omnes et singulos qui ei super ea inpedimentum quocumque modo prestiterint publice uel occulte exconmunicacionis sentencia innodamus.

Parrochianis eiusdem ecclesie et aliis vndecumque sint et [9]) cuiuscumque [10]) condicionis extiterint, qui tenentur obedire [11]) in aliquo eidem ecclesie, in virtute obediencie precipiendo mandamus, quatenus dicto . . tamquam rectori ipsius ecclesie reuerenter obediant, et salubria eius mandata obseruent, de iuribus ecclesie predicte debitis eidem debeant tamquam rectori suo plenarie respondere, et ratas et firmas habentes sentencias quas idem ex [12]) premissis aut aliis iuste [13]) et rite tulerit in rebelles.

In cuius rei testimonium etc. datum etc.

102. Confirmacio [14]) beneficii auctoritate apostolica. [15])

N miseracione etc. discreto viro . . etc.

---

1) B fügt noch *uel clariorem* bei.
2) In A und C fehlt *presbyter*.
3) In B fehlt *apertas* u. s. w. bis *vikarii* einschliesslich.
4) B: *erat*.
5) Von hier an bis *per* einschliesslich ist in B ausgefallen.
6) Anstatt dieses satzes hat D blos: *nos prouidencia per dictum nostrum vicarium*.
7) D: *clericum*.
8) D: *birretum*.
9) In A B C fehlt *sint et*.
10) In A und C fehlt auch *cuiuscunque*.
11) In A und C fehlt *obedire*.
12) D: *de*.
13) D: *iusto modo*.
14) B: *quando aliquis inuestitur auctoritate papali, uel confirmacio*.
15) In D fehlt dieses muster.

Digitized by Google

Litteras sanctissimi patris domini N sacrosancte romane ecclesie summi pontificis,[1] non viciatas non cancellatas non[2] abolitas non corruptas nec in aliqua parte sui lesas, recepimus in hac forma: *N*[3] *episcopus seruus seruorum* etc.

Volentes itaque, ut tenemur, mandatis apostolicis obedire,[4] cum aliquod canonicum non obsistat quod prouisionem tibi faciendam pro prestimoniis supradictis inpediat, tibi[5] auctoritate domini pape qua fungimur in hac parte prestimonia . . ecclesie vacancia per mortem canonici . . conferimus,[6] teque per nostrum birretum[7] inuestimus presencialiter de eisdem, reseruata nobis nichilominus potestate prouidendi tibi pinguius[8] de prestimoniis, si secundum tenorem predictarum litterarum de hiis que tibi contulimus non fuerit plene prouisum, in contradictores et rebelles si qui fuerint exconmunicacionis sentenciam promulgando.

Datum etc.

103. In eundem modum[9] uel quasi.[10]

N miseracione etc. dilectis viris etc.

Litteras domini pape recepimus in hunc modum: *M*[11] etc.

Volentes itaque, ut tenemur,[12] mandatis apostolicis obedire,[13] secundum tenorem predictarum litterarum eidem .. clerico prestimonia . . ecclesie . . dyocesis vacancia per mortem . . canonici contulimus, ipsumque per birretum[14] nostrum presencialiter inuestimus de eisdem.

Vobis nichilominus — cui[15] quantum in hoc[16] non tamen in totum conmittimus vices nostras — qua fungimur auctoritate[17] mandamus, quatenus eundem . . uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem predictorum prestimoniorum iuxta mandati apostolici tenorem inducatis,[18] et defendatis inductum, ita tamen quod ad

---

1) B: *litteras domini pape sanctissimi patris.*
2) Von hier an bis *recepimus* einschliesslich ist in A und C ausgefallen..
3) B hat hier *G.*
4) B und C: *in omnibus obedire.*
5) In A und C fehlt *tibi.*
6) B: *confirmamus.*
7) A: *birreum.*
8) A und C: *pignus.*
9) D: *in eodem modo.*
10) B fügt noch bei: *introducatur aliquis in corporalem possessionem.*
11) B: *Gregorius.* D hat *N.*
12) In D fehlt *ut tenemur.*
13) B und D: *in omnibus obedire.*
14) B fügt noch *uel birrum* bei.
15) In B fehlt *cui.*
16) D: *cui tantum in hac parte.*
17) A und C fügen noch *nostra* bei.
18) D fügt noch *et induci faciatis* bei.

Digitized by Google

exequenda predicta alter vestrum [1]) alterum non expectet, in [2]) contradictores et rebelles si qui fuerint auctoritate nostra quin pocius apostolica exconmunicacionis sentenciam promulgando.

In cuius rei etc.

104. Qualiter [3]) episcopus conmittit vices suas canonico ut absoluat clericum secundum litteras penitenciarii domini pape. [4])

N miseracione etc.

Noueritis, nos religiosi viri domini pape penitenciarii recepisse litteras sub hac forma: *venerabili* etc.

Quo circa auctoritate [5]) predictarum litterarum precipimus [6]) et mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstanciis vniuersis in dictis litteris contentis, [7]) dictum talem a sentencia exconmunicacionis [8]) absoluatis, et cum eodem super irregularitate contracta dispensetis, prout in prefatis litteris domini pape [9]) penitenciarii plenius continetur.

105. Citacio auctoritate apostolica. [10])

N [11]) miseracione etc.

Noueritis, nos a sanctissimo patre summo pontifice recepisse litteras sub hac forma: *G* etc. *ponendo* [12]) *totum tenorem litterarum. quo posito ita dicas:*

Volentes mandatum apostolicum exequi reuerenter, qua fungimur auctoritate [13]) mandamus, quatenus per te uel ydoneum procuratorem [14]) octauo die post recepcionem presencium, quem terminum vobis pro duobus edictis et tercio [15]) peremptorio assignamus, aput . . nostro te conspectui [16]) representes, dicto tali in iusticia responsurus.

Alioquin procedemus in causa, prout exegerit ordo iuris.

Quod si predictus terminus in diem ceciderit [17]) feriatam,

1) D: *vestri.*
2) Dieser schlusssatz fehlt in D.
3) B: *quando.*
4) In D fehlt dieses und das folgende muster.
5) A: *auctoritate domini.*
6) B: *uobis precipimus.*
7) A und B: *concedendis.*
8) B: *a prefate exconmunicationis sentenciis.*
9) B: *litteris dicti.*
10) In A ist der raum für dieses rubrum leer.
B: *littera citacionis domini pape.*
11) B: *Petrus.*
12) B: *etc. de uerbo ad uerbum, uel ponendo.*
13) B: *sub auctoritate.* C: *vobis auctoritate.*
14) B: *responsalem.*
15) B und C: *termino.*
16) B: *respectui.*
17) A: *caderit.* B: *cadit.*

Digitized by Google

sequentem diem non feriatam terminum tibi peremptorium assignamus.

Datum etc.

106. Qualiter procedatur contra contumaces nolentes comparere[1] secundum auctoritatem apostolicam.

N miseracione etc.

Cum auctoritate nobis a domino[2] papa conmissa . . de . . coram[3] nobis litteris nostris citari fecerimus, idem mandato nostro deducto[4] penitus in contemptum, certo sibi peremptorio[5] termino assignato venire neglexit.[6] propter quod ipsum contumacem eius exigente malicia reputantes, decernimus[7] eum exconmunicacionis sentencie subiacere.

Quo circa, ne idem conmodum de sua contumacia[8] reportaret, quia nil humilitas prodesse videretur[9] humilibus,[10] si contemptus contumacibus non obesset, discrecioni tue qua fungimur auctoritate sub exconmunicacionis pena precipiendo mandamus, quatenus singulis diebus dominicis et festiuis campanis pulsatis et candelis accensis[11] denuncietis coram populo exconmunicacionis vinculo innodatum, donec sue culpe inobedienciam recognoscat, et de predicta contumacia satisfecerit ut tenetur.

Si autem mandatum nostrum neglexeris — quod non credimus[12] — adimplere, te in scriptis[13] exconmunicacionis vinculo innodamus.

Datum etc.

107. Qualiter episcopus conmittit vices suas archydiacono in quadam causa[14] secundum auctoritatem apostolicam.[15]

N miseracione etc.

Noueritis, nos a domino papa recepisse litteras sub hac forma: *G*[16] etc.

---

1) In C fehlt *nolentes comparere.* D schliesst mit *contumacem.*
2) D: *domino nostro.*
3) D: *conmisea laycum . de . coram.*
4) D: *debito.*
5) D: *personaliter.*
6) A B D: *neglexerit.*
7) B und D: *decreuimus.*
8) A und C: *sua malicia contumacia.*
9) D hat blos: *prodesset.*
10) In A B C fehlt *humilibus.*
11) B: *extinctis.*
12) In D fehlt dieses zwischensätzchen.
13) B: *in hiis scriptis.*
14) In C fehlt *in quadam causa.*
15) D: *publicam.*
16) D: *I episcopus.*

Digitized by Google

Cum igitur variis et diuersis negociis inpediti cognicioni et decisioni [1]) ipsius cause interesse non possimus, de vestra prudencia et sollicitudine [2]) plurimum confidentes, super ipsius cause cognicione et decisione tenore presencium vobis integre — diffinitiua [3]) nobis sentencia reseruata — conmittimus vices nostras.

In cuius rei etc.

Nota quod aliquando conmittitur sola cause cognicio usque ad diffinitiuam. [4]) et tunc dices: *presencium vobis auctoritate* [5]) *conmittimus vices nostras in eadem,* [6]) *nobis diffinitiua sentencia reseruata.*

Item nota quod huiusmodi conmissio uel subdelegacio [7]) aliquando fit per publicum instrumentum.

108. Qualiter episcopus scribat domino pape cum appellatum est in [8]) causa sibi conmissa.

Sanctissimo in Christo patri domino G sacrosancte romane [9]) ecclesie summo pontifici N licet indignus episcopus . . se ipsum ad pedum oscula beatorum.

A sanctitate vestra recepi litteras in hunc modum: *G* etc.

Cum ad execucionem mandati vestri humiliter et deuote [10]) procedens, partes easdem coram me fecerim legittime euocari, idem . . in cause processu sub hac forma vestram [11]) audienciam appellauit: *coram vobis domino* . . etc. *ponendo appellacionem secundum formam.* [12])

Conmunicato consilio peritorum [13]) ipsi appellacioni non duxi aliquatenus deferendum, nec ipsum ab examine mei [14]) iudicii reuocaui, precepi tamen eidem ut usque ad xxx dies cum [15]) hiis litteris vestro se conspectui presentaret.

In cuius rei etc. datum etc.

109. Prohemium super graciis faciendis. [16])

Inde [17]) personarum attendimus merita, cum aliquibus graciam elargimur. si ergo gracia meritum querit, et me-

---

1) D: *discrecioni.*
2) In B fehlt *et sollicitudine.*
3) In D fehlt *diffinitiua.*
4) B: *solius z negocium cognicio absque sentencia diffinitiua.*
5) D: *tenore.*
6) D: *nostras eiusdem in.*
7) C: *delegacio.* B: *siue delegatio.*
8) D: *cum appellatur a.*
9) D: *I sacro sancte romane ac vniuersalis.*
10) In D fehlt *et deuote.*
11) B und D: *ad uestram.*
12) B: *iuxta formam si est pacem.* D: *secundum formam. sanctissime pater.*
13) D: *sapientum.*
14) D: *iuris.*
15) In A B C fehlt *cum.*
16) D: *exordium super gracia concedenda.*
17) In B und D fehlt *inde.*

Digitized by Google

ritum graciam exigit, nec satis fit gracie dum [1]) indignis inpenditur, nec probis respondetur pro meritis si eis gracia denegatur. illis si quidem qui merentur est dextera porrigenda, ut [2]) digna retribucio merita probitatis extollat, et congrue retribucionis premium pluralitas magnificet meritorum.

110. Item super eodem. [3])

Inde [4]) ascribi cupientibus milicie clericali libenter facimus de bonis ecclesiasticis prouideri, ut ex hoc diuinum officium arcius [5]) amplectantes que dei sunt auidius exequantur, ab eo stipendia vite suscipiant cuius obsequiis mancipantur. [6])

Hinc est etc.

111. Super eodem. [7])

Hiis qui dant sciencie operam, ut clericali ordine domino famulentur, debet non inmerito de bonis ecclesiasticis prouideri, ut ab eo stipendia vite suscipiant cuius obsequiis mancipantur.

Hinc est etc.

112. Super eodem. [8])

Cupientibus disciplinis scolasticis informari libenter graciam impertimur, ut per eam studio auidius insistentes consequantur facilius quod intendunt.

Cum igitur dilectus noster talis cupiat, sicut asserit, disciplinis scolasticis informari,[9]) nos desiderium eius fauore beniuolo prosequentes, mandamus vobis, quatenus etc.[10])

---

1) D: *cum.*
2) A B C: *et.*
3) In A ist der raum für dieses rubrum leer.
B: *quando prouidetur eis qui uolunt clericari.*
4) In B und D fehlt *inde.*
5) In B fehlt *arcius.*
6) Der schluss von *ab eo* an fehlt in A B D.
7) In D fehlt dieses muster.
8) B: *super eodem facto et materia.*
9) D: *insistere.*
10) B: *quatenus etc. subsequencia.*
Am schlusse steht in B: *explicit*; in D: *explicit summa Dominici yspani.*

Digitized by Google

Anhang.

Nach der andeutung in note 4 der vorbemerkungen seite 519 wie nicht minder zu num. 34 in der note 12 seite 548 finden sich in der handschrift B noch ohne besonderes rubrum ganz unmittelbar an die schlussworte des musters vniuersitatem vestram etc. oder wie es dort lautet et angeknüpft einige sätze.

Würden sie eine oder auch mehrere ganze selbstständige formeln bilden, am ende vielleicht wie die muster 109 bis 112 nur prooemien, wir hätten keinen anstand genommen, selbe gleich der num. 32, welche eben auch die handschrift B allein hat, und gleich der redactionsbemerkung am schlusse der num. 35, welche abermals der codex B allein hat, in der treffenden zahlenreihe im texte unserer sammlung selbst zu geben.

So aber ist schon gleich der anfang unvollständig. auch fehlt uns ein anhaltspunkt zur näheren bestimmung über sie und ihr verhältniss zu den vorausgehenden wie den nachfolgenden stücken desshalb, weil im codex B das in den übrigen handschriften zwischen das vorwort und die musterstücke eingeschobene inhaltsverzeichniss derselben — bei uns unter II seite 526 bis 531 abgedruckt — nicht vorhanden ist.

Es blieb uns daher nichts übrig als die fraglichen sätze vor der hand hieher in den anhang zu verweisen.

a.

. . . debite prouidentie dilecto gregi dominico tunc uigilare dinoscuntur, quando sibi resurgendi a peccatis suis misericordiam exhibemus.

Digitized by Google

Porro deuotos Christi populos ad pie caritatis opera exercenda et ad sanctorum merita pro condigne deuocionis obsequio [1]) ueneranda eo studiosius inuitamus, quod ad eorum salutem et absolutionem peccaminum nouimus specialiter pertinere.

Cum . . igitur . . ecclesia etc.

b.

Diuinum potius [2]) existeret quam humanum, si homo de corrupta materia non peccaret.

Porro — ut a peccatis lapsi possint resurgere — proposita sint eis opera caritatis.

Cum igitur etc. ecclesie etc.

---

1) Die handschrift hat *obsequia.* 2) Der codex hat: *demum post.*

Digitized by Google

XII.

Iohann von Bologna.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vorbemerkungen.

Setzen wir nunmehr von Italien, der Schweiz, Deutschland, Frankreich, und dem äussersten westen des europäischen festlandes hinweg den fuss auf englischen boden. auch hier erhalten wir einen höchst werthvollen beitrag für die formelbücher in der — dem erzbischofe Johann Peckam von Canterbury gewidmeten — summa de his quae in foro ecclesiastico coram quibuscunque judicibus occurrunt notariis conscribenda des magister Johann von Bologna.

Auf den ersten blick scheint es eigenthümlich, dass der verfasser dieser summa ein in der schule von Bologna gebildeter und nicht minder in der an der päbstlichen kanzlei üblichen praxis durch und durch bewandeter Italiener ist, der notar Johann von Bologna. in bononiensi primo, so lesen wir ja sogleich in der widmung des werkes, deinde in romana curia perseveravi diutius. da sei es denn gewesen dass er sub pluribus legum doctoribus et aliis tam juris quam facti peritis in der praktischen ausübung der notariatskunst so manches erlernt habe, wie er in seiner bescheidenheit sich äussert, licet pauca, quae quidem — etsi minima sint — nonnullis quandoque prodesse poterunt, cum saepe minimum videatur ipsum ignorantibus esse magnum. doch dürfte sich diese anfängliche eigenthümlichkeit bald beseitigt erweisen, wenn man erwägt wie gerade Johann Peckam selbst, hochgebildet nach vielen seiten hin, sich nicht allein eine zeit lang in Rom

Digitized by Google

aufhielt, sondern daselbst in amt und würde stand, wo er zweifelsohne den verfasser des in frage stehenden werkes persönlich kennen zu lernen gelegenheit gefunden. hören wir darüber nur den seinerzeit schon bei gelegenheit des magister Iohannes anglicus erwähnten Baleus, wahrlich keinen freund der katholischen geistlichkeit, in seinem scriptorum illustrium majoris Britanniae, quam nunc Angliam et Scotiam vocant, catalogus in der centuria quarta num. LXIV. da spricht er von ihm als einem manne ex assiduo ethnicorum studio sophista subtilissimus, welcher Parisiis in Petri lombardi theologia rexit, minoritani nominis in Anglia tum demum provincialis minister. adeo postmodum crevit in noticia utriusque juris, ut Romae fieret palatii sathanici magister — lectorem palatinum vocant — ore et ingenio sublimis, ac totus ut scribunt gloriosus.

Von dort gelangte er um das jahr 1280 auf den erzbischöflichen stuhl von Canterbury und zum primat von England. ist nun auch unsere summa nicht an ort und stelle abgefasst, jedenfalls wurde sie mit ganz vorzugsweiser rücksicht auf jene curie entworfen. vernehmen wir nur den verfasser selbst hierüber in seinem bei der übersendung des werkes mitbeförderten briefe, welchen die dem nachfolgenden abdrucke zu grund gelegte hiesige handschrift — der zweispaltig geschriebene ehemals dem kloster Oberaltach angehörige cod. lat. 9662 aus dem vierzehnten jahrhunderte in oktav fol. 25′ bis fol. 50 — am schlusse noch aufbewahrt hat. cum solemnem, so wendet er sich an den genannten kirchenfürsten, vestram curiam deceat, tam in actis causarum conscribendis quam aliis processibus judicialibus sacrosanctam romanam ecclesiam imitari, cujus stylus et forma non possunt sciri plenarie nisi per illos qui huiusmodi exercitiis dediti in ipsa curia diutius permanserunt, vosque nullum ex talibus ad praesens habeatis vobiscum, proposui et propositum per dei gratiam conplevi, vobis aliquod opusculum scribere per quod possint in praedictis exercitationibus instrui et secundum modum romanae curiae informari omnes qui in dicta paternitatis

Digitized by Google

vestrae curia tabellionatus exercent officium aut alias notariorum locum obtinent in eadem.

Aus der widmung nun sowohl, als aus diesem briefe an den mehr erwähnten erzbischof, welcher bis 1291 oder 1292 diese hohe würde in England bekleidete, bestimmt sich denn auch von selbst die zeit der entstehung unseres werkes wohl in den achziger jahren des dreizehnten jahrhunderts. ja darf man die — allerdings von anderer hand geschriebene — schlussbemerkung in einer uns in freundlichst entgegenkommender weise übermittelten königsberger handschrift [1]) des vierzehnten jahrhunderts „anno domini m°. cc°. lxxxix°. v°. die in fine madii apud Raetam uiuente Nicolao papa iiii" als autentisch annehmen, so ist in dem jahre 1289 ein gewisser anhaltspunkt für ihre geburt oder jedenfalls eher vollendung gewonnen.

Was sodann in aller kürze den inhalt des höchst umfangreichen werkes anlangt, bezeichnet ihn der verfasser selbst unter II de operis dispositione einfach dahin, dass er zunächst den tractatus instrumentorum lediglich formis aliquibus traditis in judiciis et circa judicia quo modo necessariis behandle, nämlich über die procuratores und die procuratoria, und zwar vorerst soweit sie sich ad impetrandum und dann so weit sie sich ad causas et etiam ad negotia beziehen. darauf kömmt er ad ea quae sub examine judicum tam ordinariorum quam delegatorum notario scribenda concurrunt. wegen der wichtigkeit dieses zweiten theiles wird er einer besonderen ausführlichkeit gewürdigt, und der reihe nach gehandelt de citationibus, de presentatione litterarum citatoriarum, de presentatione partium earumque contumacia, de recusatione judicum sive de arbitris, worauf in ausserordentlich reicher ausführung der eigentliche verlauf des prozesses nach dem ordo judiciorum bis zur vollständigen beendigung der streit-

1) Vgl. Steffenhagen's katalog der juristischen handschriften der genannten bibliothek num. LXXV unter ziffer 7 s. 31.

Digitized by Google

sache[2]) folgt. als dritter theil reihen sich nunmehr muster für die transscripta instrumentorum et litterarum tam apostolicarum quam aliarum an. endlich schliessen muster von dispensationen wie indulgentiae und einigen processus delegatorum judicum seu executorum super praebendis et beneficiis auctoritate apostolica conferendis.

In der hiesigen handschrift folgen hienach noch drei ursprünglich kaum dazu gehörige oder wenigstens anderswo einzureihende musterstücke, nämlich ein instrumentum mutui contracti in romana curia, ein instrumentum solutionis debiti, ein instrumentum donationis inter vivos, welche wir lieber gleich hier[3]) vorführen.

---

2) Nach der hauptübersicht unter dem rubrum ex ordine judiciario in folgender allgemeinster eintheilung:

A) de comparitione partium et exhibitione mandatorum.
B) de satisdationibus.
C) de exhibitione libelli, et assignatione termini ad deliberandum.
D) de exceptionibus:
  a) de termino ad dilatorias et declinatorias proponendas;
  b) de exceptione recusationis et exconmunicationis, et de sententiis super ipsis ferendis;
  c) de aliis exceptionibus, et judicis pronunciatione super ipsis.
E) de litis contestatione, et de juramentis calumniae et de veritate dicenda.
F) de commissionibus et judicum excusationibus.
G) de terminis ad ponendum, ad respondendum positionibus, ad dandum articulos.
H) de probatione:
  a) de testibus;
  b) de productione instrumentorum actorum et munimentorum.
I) de conclusione in causa.
K) de compromisso.
L) de sententiis, cum taxatione expensarum.
M) de executione sententiae.
N) de appellatione.
O) de apostolis.
P) de protestationibus.

3) Sie finden sich in der handschrift selber von fol. 49 sp. 2 bis fol. 50 sp. 1.

Digitized by Google

Instrumentum mutui contracti in romana curia.

In nomine domini amen.

In presencia mei notarii etc. dominus I de tali loco confessus fuit et cognouit, se mutuo habuisse et recepisse in tali dyocesi vi florenos boni et puri auri in peccunia numerata. de quibus se quietum et bene pagatum vocauit, excepcioni non habite seu non numerate sibi predicte peccunie omnino renunciando.

Quam peccuniam dictus I per stipulacionem sollempnem promisit eidem R reddere et soluere per se uel per alium in tali loco hinc ad talem terminum. quod si in predictis loco et termino ut dictum est predicto R non fuerit de prefata peccunia plenarie satisfactum, ex tunc inantea prefatus dominus I — sollempni stipulacione premissa — promisit reficere omnia dampna et expensas ac interesse que et quas idem R incurrerit propter dictam peccuniam rehabendam in iudicio uel extra. et de huiusmodi dampnis uel expensis promisit stare uel credere simplici verbo ipsius R absque taxacione ipsius iudicis et libelli oblacione. ac etiam prefatus I obligauit se predicto R ad penam dupli peccunie prelibate, si ut dictum est in solucione defecerit memorata.

Pro quibus omnibus et singulis supradictis firmiter obseruandis et plenarie adimplendis prenominatus dominus A obligauit se predicto R, et omnia bona sua, presencia et futura, mobilia et inmobilia, ecclesiastica et mundana, usque ad totam solucionem seu restitucionem peccunie supradicte, renuncians in predictis omnibus sepe dictus dominus I omni iurum et legum auxilio, canonici et ciuilis, priuelegio clericatus et fori, consuetudini et statuto, beneficio restitucionis in integrum, epistole diui Adriani, constitucioni de duabus diebus edite in concilio generali, conuencioni iudicum, excepcioni non celebrati contractus, et omni alii excepcioni, actioni doli, que contra predicta obici possent

Digitized by Google

seu etiam allegari, per quod posset predictum instrumentum dirimi uel infringi.

Actum in tali loco etc. presentibus etc.

Instrumentum solucionis debiti.

Petrus de tali loco confessus fuit, se habuisse et recepisse cum affectu vere et integre solucionis a Iohanne c solidos turonenses paruorum, in quibus scilicet [4]) ex causa puri mutui dominus I eidem P tenebatur, prout patet per publicum instrumentum manu talis notarii confectum. et de ipsis c solidis turonensibus se quietum contentum et bene pagatum vocauit, renuncians excepcioni non solute non numerate et non tradite sibi [5]) peccunie, et doli mali.

Et dictus P fecit eidem R de dicta peccunia et dampnis et interesse et[6]) expensis quibuslibet, que seu quas ex tenore predicti mutui a dicto P petere ac exigere poterat, que et quas causa[7]) solucionis dicte peccunie poterat incurrisse, finem quietacionem et refutacionem generalem, et pactum de vlterius non petendo, cassans et irritans et annullans penitus dictum instrumentum mutui et omnem aliam scripturam que de ipso debito confecto apparere posset. et nullius de cetero quo ad petendam dictam peccuniam seu super parte ipsius voluit esse[8]) valoris, et ipsum nichilominus instrumentum eidem I restituit cancellatum.

Et promisit dictus P eidem I per stipulacionem sollempnem sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum, nullam de dicta peccunia uel dampnis quibuslibet et expensis facere de cetero questionem, seu litem quomodolibet incipere[9]) per se uel per alium. quod si contra factum fuerit, promisit ex nunc inantea reficere soluere et in integro resarcire dampna omnia et expensas que et quas faceret et incurreret — *seu* quomodolibet sustineret — in iudicio uel extra,

---

4) Cod. *sibi.*
5) Cod. *nisi.*
6) In der handschrift fehlt *et.*
7) In der handschrift fehlt *causa.*
8) Cod. *peccuniam super parti ipsius voluit est.*
9) Cod. *interprecare? interpretare?*

Digitized by Google

et de omnibus stare simpliciter liti et verbo ipsius absque sacramento et iuris sollempnitate quacumque.

Et pro predictis omnibus et singulis obseruandis et plenarie adimplendis predictus P prefato I se et omnia bona sua, mobilia et inmobilia, ecclesiastica et mundana, presencia et futura, sponte et de certa sciencia obligauit, renunciando expresse et sponte omni iurum canonici et ciuilis auxilio eidem contra premissa et conpetenti et conpetituro, et omni alii excepcioni, actioni doli, que contra predicta obici possent seu etiam allegari.

Actum etc.

Instrumentum donacionis inter viuos.

Petrus de tali loco, attendens grata seruicia et accepta que a Iohanne de tali loco ab olim [10]) recepit et sperat dante domino in futurum recipere, donauit et donat eidem I ea donacione que dicitur inter viuos presenti et donacionem recipienti omne ius omnemque actionem, personalem et realem, vtilem et directam seu mixtam, quod uel quam idem P habet uel in futurum habere posset versus N de tali loco quacumque racione seu causa specialiter super tali re ad habendum tenendum alienandum et faciendum de ea omnimodam suam voluntatem. dedit etiam idem P eidem I plenam et liberam potestatem et speciale mandatum petendi et recipiendi ac etiam exigendi talem rem predictam et alia iura et actiones a predicto N, et faciendi ei plenum finem et refutacionem et pactum de vlterius non petendo.

Constituit etiam ipsum procuratorem in rem suam, et posuit ipsum in locum suum, et si necesse fuerit agendi et defendendi in qualibet curia ecclesiastica uel ciuili, et in animam suam iurandi, et omnia faciendi que ipsemet posset facere si presens.

Promisit etiam per stipulationem predictus P eidem I, [11]) prefatam donacionem ratam et firmam habere et tenere,

10) Cod. *loco abolita.* 11) Cod. *eidem. R. I.*

Digitized by Google

ipsamque vicio ingratitudinis nullatenus reuocare sub pena etc. renunciando expresse etc. *ut supra.*

Die königsberger handschrift endlich, welche einestheils sich nicht durch besondere korrektheit vortheilhaft auszeichnet, auf der anderen seite namentlich äusserst gerne von einem worte mit auslassung alles dazwischenstehenden mit einem folgenden gleichlautenden worte weiterspringt, wie sich zur genüge aus den in die noten verwiesenen abweichenden lesarten ergibt, während sie dennoch unsere handschrift welche einigemal in den gleichen fehler geräth in glücklicker weise ergänzt, bietet noch von zwei händen theils grössere theils kleinere zusätze zu verschiedenen stellen. die eine davon ist äusserst fein und klein, die andere grob und wie es den anschein hat in folge alters des schreibers unsicher. eine anzahl dieser zusätze nun ist von beiden händen zugleich eingetragen, so dass es beinahe scheinen möchte als ob die feinere nur dieselben für den wirklichen eintrag durch die andere angemerkt hätte, welcher denn hie und da unterblieben ist. wir haben in den noten die betreffende rechenschaft hierüber gegeben.

Bei unserem abdrucke der schrift des Johann von Bologna selbst musste hier eine von der bisher beobachteten weise etwas abweichende art eingeschlagen werden. die beiden handschriften bieten nämlich eine grosse auswahl von überschriften, welche allerdings den überblick sehr erleichtern, aber bei dem beständigen wechsel von so zu bezeichnendem lehrvortrag und den zu seinem verständnisse bestimmten praktischen beispielen den einblick in das eigentliche system des ganzen theilweise nicht unbedeutend erschweren. um nun eben doch dieses klar vor augen treten zu lassen, ohne desshalb in die einrichtung der handschriften durch abänderungen gewaltsam einzugreifen, wurde hier zur schärferen ausscheidung der einzelnen kapitel oder titel und ihrer unterabtheilungen theils durch zahlen theils durch buchstaben nachgeholfen.

Digitized by Google

Summa notarie[1] de hiis que in foro ecclesiastico coram quibuscumque iudicibus occurrunt notariis[2] conscribenda.

I.

Reuerendo in Christo patri domino I dei gracia cantuariensi[3] archyepiscopo tocius Anglie primati Iohannes bononiensis notarius familiarium suorum humillimus cum omni deuocione se ipsum.

Quoniam sacrosancta romana ecclesia mater est omnium[4] et magistra, ipsam unusquisque debet et[5] merito quantum cum[6] deo potest[7] in omnibus suis processibus inmitari.

Cum igitur sollempnis vestra curia et regnum Anglie quasi totum personis careat que secundum formam romane curie uel ydoneam aliam qualemcunque noticiam habeant eorum que ad artem pertinent notarie, set per nonnullos clericos acta causarum, processus iudicum,[8] diffiniciones litium, et alia tam in iudicio quam extra[9] inter homines emergencia conscribantur, qui — licet[10] sint prudentes forsan in aliis — ipsam tamen artem tabellionatus ignorant, per quam hec omnia regulantur, et[11] sine qua non potest in talibus quisquam[12] procedere nisi velit cum baculo velut in tenebris ambulans[13] palpitare, ex quorum palpitacione iudicibus obprobrium et litigantibus inconmoda sepe proueniunt, idcirco feruore deuocionis inductus, et tam[14] vobis et curie

1) B: *incipit summa confecta per magistrum Iohannem de Bononia.*
2) B: *notario.*
3) B: *Iacobo dei gracia caturiensi.*
4) B: *omnium fidelium.*
5) B: *etiam.*
6) B: *quantumcunque.*
7) A: *est.*
8) B: *iudicium.*
9) B: *alia causa et iudicio quam ex.*
10) B: *quamuis quilibet.*
11) B: *regulariter etiam.*
12) B: *quisque.*
13) B: *ambulantem.*
14) B: *inductus etiam itaque.*

Digitized by Google

vestre totique regno satisfacere quam vtilitati conmuni subuenire desiderans, hoc meum opusculum inchoaui, per quod et aliquorum instrumentorum conficiendorum ad causas videlicet pertinencium sufficiens tradetur noticia, et actorum conscribendorum in iudiciis dabitur verus modus.

Scio enim, hoc mihi presumptuosum esse nimium, [1]) cum sim discipulus minimus, et scribam aliis ad doctrinam. [2]) set quia in bononiensi primo, deinde in romana curia perseueraui diutius, sub [3]) pluribus legum doctoribus et aliis tam iuris quam facti peritis artem huiusmodi exercendo aliqua didici, licet pauca, que quidem — et si [4]) minima sint — nonnullis quandoque prodesse poterunt, cum sepe [5]) minimum uideatur ipsum ignorantibus esse magnum.

Ea igitur queso suscipite, scribentis affectum non ignoranciam [6]) attendentes, ut qui in hoc minus me [7]) sciuerint, quantocumque [8]) peritissimi sint in aliis, cum casus oportunitatis occurrerit, ea legendo proficiant. qui uero plus nouerit, hiis addere meritorie poterit, eaque caritatiuo animo emendare.

II.

De operis disposicione.

Licet tractatus instrumentorum in Ytalie [9]) partibus necessario sit diffusus, pro eo quod Ytalici [10]) tamquam cauti quasi de omni eo quod ad inuicem contrahunt habere volunt publicum instrumentum, quod quasi contrarium est in Anglicis, videlicet quod nisi [11]) necessarium esset non nisi rarissime [12]) petitur instrumentum, ideo tractatum ipsum formis aliquibus traditis in iudiciis et circa [13]) iudicia quo modo [14]) necessariis [15]) breuiter pertransibo.

Deinde me transferam ad ea que sub examine iudicum [16]) tam ordinariorum quam delegatorum notario scribenda concurrunt, quorum doctrina indigent quasi [17]) scribentes quilibet dicti regni. et quia magis hec inibi [18])

1) B: *nimium imputandum.*
2) B: *aliis doctrinam.*
3) B: *et sub.*
4) In B fehlt *et si.*
5) B: *semper.*
6) B: *ignorantibus.*
7) B: *minime.*
8) B: *quantumque.*
9) B: *tractatus de instrumentis in hitali* (mit einem später über das letzte *i* gesetzten *e*).
10) B: *hytalici.*
11) A: *ubi.*
12) A: *rarissimum.*
13) Extra?
14) B: *quod modo.*
15) A: *necessarius.*
16) B: *iudicial* mit dem abkürzungshäckchen durch *l.*
17) B: *quin.*
18) B: *uobis.*

Digitized by Google

necessaria sunt omnibus aliis partibus notarie, [1]) idcirco de hiis latius [2]) et sollempnius pertractabo.

Vltimo scribam vobis, qualiter transscripta instrumentorum et litterarum tam apostolicarum quam aliarum fieri debeant, ut sui [3]) autentici robur firmitatis obtineant.

Formas etiam [4]) indulgenciarum, et aliquos processus delegatorum iudicum seu executorum [5]) super prebendis et beneficiis [6]) auctoritate apostolica conferendis, prout mihi dominus ministrabit.

III.

Et quoniam cause plerumque per procuratores tractantur, [7]) et sic procuratoria causarum sunt [8]) principia, ideo de ipsis primitus est videndum.

1. De procuratoribus.

Mandatorum tria sunt genera: ad inpetrandum, ad causas, [9]) ad negocia.

Et quia procuratoria stricti iuris esse dicuntur, de ipsis est sollempnius pertractandum. debet enim scire notarius, [10]) que [11]) persone possunt et constituere et constitui procuratores. et [12]) aliqua [13]) sunt que requirunt [14]) speciale mandatum et que non possunt sub generali clausula conprehendi. sepe enim per defectum notarii frustratur constituentis intencio, videlicet quando minus sufficiens procuratorium inuenitur.

Sciendum est igitur, quod minor xxv annis [15]) non potest constitui procurator, nec etiam constituere procuratorem, nisi in causa matrimoniali, in qua et [16]) ipse minor — si [17]) maior est xiiii annis — sine auctoritate curatoris poterit litigare. in omnibus etiam causis beneficialibus minor reputatur maior: nam qui abilis est ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, et ad agendum pro eo habilis esse debet. mulier non admittitur procurator nisi pro defensione parentum. et breuiter non admittitur [18]) quicunque in iudicio

---

1) B: *notarie hec tenere.*
2) B: *laicius.*
3) B: *sint.*
4) B: *esse.*
5) B: *excequtorum.*
6) In B fehlt *et beneficiis.*
7) B: *tractamus.*
8) B: *procuratoria sepe sunt causarum.*
9) A: *inpetrandum. omnis.*
10) B: *bonus notarius.*
11) A: *quod.*
12) B: *constitui. quod.*
13) B: *alique.*
14) In B fehlt *requirunt.*
15) B: *annorum.*
16) B: *etiam?*
17) A: *set.*
18) In B ist von *procurator* an bis hieher ausgefallen.

Digitized by Google

per [1]) se stare non potest: inconueniens enim videtur ut per illum [2]) qui pro se ipso agere non potest pro aliis posset agi. [3]) pupillus cum auctoritate tutoris, et adultus cum auctoritate curatoris [4]) constituunt procuratores, quia nec tutor nec curator ante litis contestacionem in re pupilli uel [5]) adulti procuratorem dare potest.

Speciale mandatum requirunt: vendere, transigere, pascisci, beneficium restitucionis in integrum et munus [6]) absolucionis a sentencia exconmunicacionis petere, iuramentum prestare et aduerse parti deferre, peccuniam que in iudicio petitur recipere, debitorem [7]) absoluere, alium loco sui constituere uel substituere, et alia [8]) plura, secundum quod negocia sunt diuersa.

Est igitur per notarium qui debet instrumentum procuracionis conficere tam de intencione constituentis [9]) quam de natura facti ad quod constituitur procurator subtiliter [10]) inquirendum, ut — si aliquis dictorum [11]) casuum in quibus speciale mandatum requiritur inibi [12]) potest occurrere — ita caute scribat quod ob hoc non possit mandatum vacuum reperiri. verbi gracia si aliquis rector constituat procuratorem ad aliquam causam sue [13]) ecclesie tractandam, debet considerare notarius quod ecclesia fungitur [14]) vice minoris. et ita — si lesa esset — posset [15]) procurator petere beneficium restitucionis, si hoc in suo procuratorio est insertum. alias non. et sic ad deffectum notarii qui clausulam illam omittit [16]) dampnificatur ille qui credebat se plenum procuratorium ad curiam [17]) transmisisse. vnde semper debet notarius in tali procuratorio clausulam illam apponere secundum quod inferius erit scripta. [18]) et sic in omnibus aliis casibus notarius prouidus esse debet.

2.

a) Forma procuratorii [19]) ad impetrandum.

In nomine domini amen.

---

1) B: *pro.*
2) B: *enim esse uidetur si per nullum.*
3) B: *agere.*
4) A: *tutoris.*
5) B: *et.*
6) B: *minus.*
7) B: *etiam debitorem.*
8) B: *substituere. crimina uel defectus opponere. et talia.*
9) B: *instituentis.*
10) B: *substituitur.*
11) B: *inquorum.*
12) B: *mandatum in illi.*
13) B: *nomine sue.*
14) B: *fruitur.*
15) B: *potest.*
16) B: *omisit.*
17) In B fehlt *ad curiam.*
18) B: *inferius inueniet scriptam.*
19) B: *procuracionis.*

Digitized by Google

Anno eiusdem a natiuitate m°. cc°. lxxx°. iiii°, indictione xi, die prima mensis marcii, [1]) pontificatus domini Martini[2]) pape iiii anno ii, venerabilis vir dominus Thomas prior ecclesie Christi cantuariensis [3]) de voluntate et consensu capituli eiusdem ecclesie in capitulo ad sonum campane more solito congregati, in quo quidem[4]) capitulo plus quam due[5]) partes ipsius capituli existebant, et ipsi fratres unâ cum voluntate et consensu dicti eorum prioris fecerunt constituerunt et ordinauerunt magistrum P de Bononia [6]) notarium licet absentem tamquam presentem [7]) eorum et cuiuslibet ipsorum et dicti capituli procuratorem et nuncium specialem, [8]) dantes et concedentes eidem [9]) plenam et liberam potestatem [10]) impetrandi pro eis et quolibet ipsorum ac nomine dicti capituli in romana curia et contradicendi tam litteras simplices quam legendas graciam et iusticiam continentes, in loca et iudices conueniendi seu consenciendi [11]) ac eos recusandi si expedire crediderit, alium uel alios procuratores loco sui substituendi et reuocandi si opus fuerit, et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi [12]) que in premissis et premissorum quolibet de iure uel consuetudine requiruntur, etiam si mandatum exigerent speciale, necnon promittentes se firmum et ratum perpetuo habituros quidquid per dictum eorum procuratorem substitutum uel substitutos ab eo factum fuerit in [13]) premissis et quolibet premissorum.

Actum Cantuarie in capitulo supradicto, [14]) presentibus talibus testibus.

Ego Iohannes quondam Iacobi [15]) de Bononia apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus premissis

---

1) A: *marci.*
2) B: *anno natiuitatis eiusdem m etc. decima indictione, die viii mensis ceptembris, pontificatus domini N.*
3) B: *dominus II prior ecclesie caturiensis.*
4) B: *quidam.*
5) In A fehlt *due.*
6) B: *de tali loco.*
7) B: *presentem, et B presentem honus procuratoris in se recipientem.*
8) B: *procuratores et nuncios speciales quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis.*
9) B: *eisdem.*
10) B: *potestatem et speciale mandatum.*
11) A: *constituendi.* B: *et loca et iudices eligendi conueniendi contradicendi seu consenciendi,*
12) B: *omnia faciendi et singula exercendi.*
13) B: *quicquid per dictos procuratores et quemlibet eorum et substitutum seu substitutos ab eis factum in.*
14) B: *Canturie in tali loco.*
15) B: *et ego I.*

Digitized by Google

omnibus interfui, et rogatus ea scribere [1]) scripsi, meoque signo [2]) et nomine roboraui.

b.

Notandum est per [3]) notarium, quod quandocunque vniuersitas seu capitulum obligatur, uel [4]) promittit aliquid, plus quam due partes capituli seu vniuersitatis debent interesse [5]) contractui, ut robur firmitatis obtineat. non tamen necesse est ut omnes consenciant qui intersunt. vnde alterum istorum eligat [6]) notarius, si perfecte uult facere instrumentum. aut conscribat in [7]) instrumento omnia nomina illorum qui interfuerunt, prout in forma subscripta notabitur. aut [8]) dicat sicut superius dictum [9]) est in premisso instrumento, ubi [10]) dicit: *in quo quidem capitulo plus quam due partes fratrum ipsius capituli existebant.*

Testes qui scribuntur in instrumento conueniencius debent esse extranei quam de capitulo uel vniuersitate, pro eo quod illi de capitulo uel vniuersitate sunt in negocio principales, licet contractus propter hoc viciari non posset. [11])

c.

Quia interdum scribitur procuratorium manu publica, et nichilominus sigillo capituli uel alterius constituentis seu constituentium roboratur, ideo specialem formam super huiusmodi annotabo.

Alia forma super eodem. [12])

Vniuersis presens instrumentum inspecturis pateat [13]) manifeste, quod venerabilis vir dominus Thomas [14]) prior ecclesie Christi cantuariensis, presentibus volentibus et consencientibus infrascriptis suis fratribus ad hoc specialiter in capitulo eiusdem ecclesie ad sonum campane more solito congregatis, videlicet fratre P et fratre C et fratre B etc. — *scribantur omnia nomina fratrum presencium.* [15]) *deinde di-*

---

1) B: *interfui rogatus ea scribere et.*
2) B: *signo signaui.*
3) A und B: *est quod per.*
4) B: *et.*
5) B: *debent esse.*
6) B: *faciat.*
7) B: *que.*
8) B: *forma subscribendo aut.*
9) B: *scriptum.*
10) Von hier an ist in B alles ausgefallen bis: *instrumento conueniunt conueniencius.*
11) B: *principali sic propter hoc contractus non uicietur.*
12) B: *forma procuracionis super eodem. rubrica.*
13) B: *maneat.*
14) B: *dominus P.*
15) B: *P, fratre B, et fratre G. scribantur omnia nomina presencium.*

Digitized by Google

catur — nec non et ipsi fratres seu ipsum capitulum cum voluntate et consensu dicti eorum prioris omnes pro se ipsis ac nomine dicti capituli fecerunt constituerunt et ordinauerunt magistros P et M et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, eorum et cuiuslibet [1]) ipsorum et dicti capituli procuratores et nuncios speciales, dantes et concedentes eisdem et cuilibet eorum in sollidum plenam et liberam potestatem inpetrandi, contradicendi, [2]) recusandi loca et iudices, cauciones [3]) pro eis exponendi et recipiendi, alium uel alios procuratores loco ipsorum constituendi seu substituendi, et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi que in predictis et circa predicta[4]) fuerint oportuna, et promittentes se firmum et ratum perpetuis temporibus habituros quidquid per dictos eorum procuratores uel aliquem ipsorum substitutum uel substitutos ab ipsis uel eorum altero factum fuerit in premissis uel [5]) quolibet premissorum.

Quod quidem [6]) instrumentum exinde confectum ad maiorem cautelam fecerunt conmuni sigillo eiusdem capituli conmuniri.

Actum in capitulo, presentibus talibus testibus, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxi°, indictione ix, die tali, pontificatus domini Martini pape iiii anno ii. [7])

d) Forma conmunis [8]) super eodem.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Thomas prior[9]) et capitulum ecclesie Christi cantuariensis salutem [10]) et sinceram in domino karitatem.

Vniuersitati vestre tenore presencium innotescat, quod nos facimus constituimus et ordinamus magistrum P procuratorem et nostrum [11]) nuncium specialem, specialiter [12]) ad inpetrandum et contradicendum pro nobis et nomine nostro in romana curia tam litteras simplices quam legendas graciam et iusticiam continentes, et ad eligendum et recusan-

1) B: *quilibet.*
2) B: *impetrandi et contradicendi litteras tam simplices quam legendas graciam et iusticiam continentes, conueniendi seu eligendi et.*
3) B: *cautores.*
4) In B fehlt *et circa predicta,* wofür von der feineren wie gröberen hand *et eorum tangencia* hinbemerkt ist.
5) B: *et.*
6) In B fehlt *quidem.*
7) B: *actum in dicto capitulo, presentibus talibus testibus, anno domini a natiuitate m. cc. etc.*
8) B: *comunionis.*
9) B: *G prior.*
10) A: *felicem.*
11) B: *ordinamus M procuratorem nostrum et.*
12) In B fehlt *specialiter.*

Digitized by Google

dum loca et iudices, ac in eos conueniendum, alium uel alios procuratores loco sui substituendum et reuocandum si expedire crediderit, et appellandum si opus fuerit, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda que in premissis et circa premissa [1]) fuerint oportuna, ratum et firmum habituri quidquid per dictum nostrum procuratorem aut substitutum uel substitutos ab eo [2]) factum fuerit in premissis et quolibet premissorum.

In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus sigillo nostri capituli roborari.

Datum Cantuarie in capitulo nostro in crastino assumpcionis beate virginis, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxi. [3])

e.

Anno domini a natiuitate dicitur ad differenciam illorum qui incipiunt annos domini ab incarnacione. vnde in terris vbi consuetudo est incipere annos domini ab incarnacione non [4]) debet scriba dicere: *anno domini a natiuitate,* set *anno domini ab incarnacione,* ut seruet [5]) consuetudinem sue terre.

In curia romana incipiunt notarii: *anno* [6]) *domini a natiuitate.* curia tamen in priuilegiis incipit [7]) annos domini [8]) ab incarnacione, et renouat indictionem [9]) seu mutat octauas [10]) kalendas octobris iuxta hos uersus:

cum redit october, indictio fit noua semper.
quatuor atque tribus hiis est prelata diebus.

3.

Formis procuracionum ad inpetrandum positis, scribam qualiter procuratores ad causas et etiam ad negocia debeant ordinari.

Et est sciendum, quod siue actor siue reus constituat procuratorem, bonum immo necessarium est quod semper eum releuet ab onere satisdandi, ut possit tam in principali negocio agere quam in causa reconuencionis defendere si fuerit oportunum. que releuacio pluribus modis fit, ut inferius apparebit.

---

1) B: *et quolibet premissorum.*
2) B: *ab eis.*
3) B: *datum etc.*
4) In B lauten diese sätze durch ausfall: *anno a natiuitate ad differenciam illorum qui incipiunt annos domini ab incarnacione non.*
5) B: *seruent.*
6) B: *incipiunt annos.*
7) B: *mutat.*
8) In B fehlt *domini.*
9) B: *indictiones.*
10) B: *octauo.*

Digitized by Google

Septem formas procuratorii ad dictas rubricas animaduerte. [1]

a. Releuacio procuratoris secundum formam curie romane. [2]

In nomine domini amen.

Anno [3] eiusdem etc. reuerendus pater dominus I dei gracia cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas in presencia mei notarii et testium subscriptorum fecit constituit et ordinauit magistrum I de Bononia [4] licet absentem tamquam presentem suum procuratorem actorem defensorem et [5] nuncium specialem in causa seu causis, quam uel quas habet uel habiturus est cum preclaro viro domino Rogone de Clara [6] super tali re, in romana curia uel alibi vbicunque, coram quocunque iudice uel auditore, dato uel dando, ad agendum et [7] defendendum, litem contestandum, iuramentum calumpnie seu de veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis in animam suam prestandi, excepciones cuiuscunque generis proponendi, [8] testes et instrumenta producendi, alterius partis testes [9] iurare videndum, sententiam audiendum, appellandum et appellacionem [10] prosequendi, beneficium absolucionis si opus fuerit [11] et restitucionis in integrum inplorandi, alium uel alios procuratores loco sui substituendi et reuocandi, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda que ipsemet facere et exercere posset [12] si personaliter interesset, promittens [13] se firmum et ratum perpetuis temporibus habiturum quidquid per dictum eius [14] procuratorem substitutum uel substitutos ab eo factum fuerit in premissis [15] et quolibet premissorum.

Insuper volens dictum suum procuratorem et substitutum uel substitutos ab eo releuare ab omni onere satisdandi, promisit mihi notario stipulanti nomine et vice domini

---

1) Diese in A von gleicher hand am rande durch verweisungszeichen hieher bemerkte überschrift fehlt in B.

2) A: *formam ciuitatis Bononie.* B hat blos: *forma procuracionis ad causas.*

3) B: *anno domini a natiuitate.*

4) B: *magistrum P.*

5) B: *et eciam.*

6) B: *cum tali.*

7) B: *uel.*

8) B: *cuiuscunque ponendum.*

9) In B fehlt *testes.*

10) B: *sentenciam diffinitiuam audiendi, appellandi, appellacionem.*

11) B: *fuerit obtinendi.*

12) B: *faceret et exerceret.*

13) B: *personaliter presens esset, promittendo.*

14) In B fehlt *eius.*

15) B: *premissis et actum ac procuratum.*

Digitized by Google

Rogonis [1]) predicti et aliorum omnium quorum interest uel interercrit, iudicio sisti et iudicatum solui in [2]) omnibus suis clausulis sub obligacione omnium suorum bonorum.

Actum in tali loco, presentibus talibus.

b.

In curia romana talis releuacio [3]) bene admittitur. set Bononie bene dicitur nulla. et quod non valeat, [4]) talem racionem assignant: procurator rei satisdare tenetur, et satisdare est pignora uel fideiussorem [5]) prestare. vnde cum in premissa releuacione [6]) nec pignoris nec fideiussoris dacio contineatur, dicunt iura de huiusmodi satisdacione [7]) loquendo, [8]) non esse aliquatenus [9]) satisfactum.

Releuacio procuratoris secundum formam ciuitatis Bononie. [10])

Insuper volens dictum procuratorem [11]) releuari ab onere [12]) satisdandi, promisit mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice domini Rogonis [13]) predicti et aliorum omnium quorum interest uel interercrit, iudicio sisti et iudicatum solui in omnibus suis clausulis, et quia tempore [14]) ferende sentencie erit in iudicio, et omnia dabit et soluet que in condempnacionibus continebuntur, si condempnatus fuerit, nisi fuerit prouocatum, sub obligacione omnium bonorum suorum.

Pro quibus omnibus et singulis obseruandis idem dominus pro dicto suo procuratore extitit fideiussor sub ypotheca omnium rerum suarum.

c. Procuratorium [15]) ad causas manu publica scriptum [16]) et sigillo mandantis munitum.

Vniuersis presens instrumentum publicum inspecturis pateat manifeste, quod reuerendus pater dominus I dei

1) In B fehlt *Rogonis.*
2) B: *cum.*
3) B: *relatio.*
4) B: *bononie nullatenus admittendo. et quia non ualent.*
5) B: *fideiussores.*
6) B: *relatione.*
7) B hatte ursprünglich *donacione.*
8) A: *loquenti.*
9) A: *non est aliquatenus esse.*
10) B hat hier schwarz: *Forma nunc que seruatur Bononie in releuacione huiusmodi facienda, cui quicquam opponi non potest, talis est.* Dann folgt das eigentliche rubrum: *Releuacio procuracionis ad causas secundum modum curie Bononie seu alicuius ciuitatis.*
11) A: *dictus procurator.*
12) B: *omni honere.*
13) B hat hier blos: *B.*
14) B: *ipse.*
15) B: *procuratorium generale.*
16) A: *scriptas.*

Digitized by Google

5) B setzt gleichfalls am rande bei: *et tunc pro ipso proprio nomine duo puncta poni debent*.
6) A: *primo*.
7) B und C: *cuiuscumque*.

Digitized by Google

gniti, vt ciues sollempnes. minor persona in seculo vt mercatores, ciues simplices, et artis mechanice professores, et omnes consimiles carentes dignitatibus.

Sciendum etiam, quod aliquibus ex causis quandoque tacetur in epystola salutacio. primo quando scribentes se nolunt manifestare. item quandoque formidant de furto vel alio malo casu publicari. vel quando mortem alicuius scribunt. siue ob aliam turpem casum vel causam. tacetur etiam in litteris commendatoriis vel conductus. que omnes dicuntur litere generales, et incipiunt sic: *nouerint vniuersi ad quos* — vel *ad quorum audienciam — venerit presens scriptum.*

In cognoscendis igitur formis omnium salutacionum quedam ponuntur hic preambula diligentissime a notariis obseruanda.

Et sciendum[1]) primo est, quod si par pari scribat, persona recipientis preponitur. exemplum. *venerabili in Christo patri et domino A*[2]) *dei gracia hostiensis ecclesie episcopo Rudgerus*[3]) *eadem gracia patauiensis ecclesie episcopus salutem et sinceram in domino caritatem.*

Si vero maior minori sev minor maiori scribat, maior semper persona prefertur. et hoc tenendum est tam in ordine ecclesiastico quam etiam seculari.

Item quidam dicere voluerunt, quod — cum minor suo scribit maiori — semper debeat salutacio causa subiectionis[4]) reticeri. quod non est verum, nisi ille cui scribitur sit summe maior, vt cum episcopus vel alter quicunque scribit domino pape. si autem persona recipiens sit mediocriter maior, vt si aliquis episcopus scribat suo metropolitano, salutacio congrue poni debet.[5]) set inspecta mera veritate papam etiam[6]) quisque salutare[7]) posset, si non vsus solummodo repugnaret, qui est in talibus obseruandus.

Item si mediocris persona suo minori scripserit, modus iste relinquitur arbitrio dictatoris, vt si notarius aliquis scribat alicui scriptori.

Item vbi sibi scribunt manifesti[8]) inimici, semper persona mittentis preponitur, prout in formis salutacionum patebit.

1) B und C: *notandum.*
2) B und C haben: *H.*
3) B und C haben blos: *R.*
4) B und C: *excellencie.*
5) B und C: *potest.*
6) B und C: *et etiam.*
7) B: *papa et etiam vnusquisque salutari.*
8) B und C: *perfecti.*

Digitized by Google

Nota quod maior persona in clero et extra clerum de se et de suo pari debet dicere in salutacione *dei gracia*, excepto domino apostolico qui nec de se nec de aliis dicit *dei gracia*. quedam tamen consuetudo inoleuit, quod fere omnes medie persone tam in clero, vt abbates simplices et prepositi, et extra clerum, vt duces et marchiones, de se scribant *dei gracia*, vel *miseracione diuina*. set in hoc consuetudo arti preualuit.

Nunc de formis salutacionum singulariter et exemplariter videamus. quas per v tabulas inuenies hic distinctas.

a. Incipit prima tabula salutacionum.[1])

In prima tabula ostenditur, qualiter dominus papa omnibus scribit salutando tam in clero quam extra clerum, et quomodo eidem ab omnibus scribitur.

a.

Sciendum igitur, quod dominus papa cuicunque scribat nomen suum premittit, et ab omnibus sibi scribentibus premittitur. qui quidem omnes salutat, set a nemine salutatur, cum ei sola[2]) obediencia ab omnibus debeatur.

Item sciendum quod nomen pape ex integro debet poni in salutacione, siue ipse scribat, siue ei scribatur. quod non fit in aliis. in aliis quidem pro persona mittentis sev etiam recipientis prima litera proprii nominis ponitur. quod si nomen proprium ignoratur, duo puncta pro ipso nomine poni debent. nomina vero paparum ideo integre scribi habent, quoniam ipsorum equiuocum significant, vt ostendatur in nomine qualis debeat esse in actione,[3]) vt Innocencius ab innocencia, Celestinus a celo, Gregorius a grege quod sit ouium pastor. et sic de aliis.

b.

Sic salutat patriarchas: *Eugenius episcopus seruus seruorum dei venerabili in Christo fratri ierosolimitano patriarche salutem et apostolicam benedictionem.* sic salutat omnes patriarchas, cuiuscunque sunt tituli.

Sedis apostolice legatos sic salutat: *Eugenius* etc. vt supra *venerabili in Christo fratri hostiensi episcopo et apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.* sic scribit omnibus legatis venientibus a latere curie romane, ob-

1) C: *salutacionis.*
2) B: *soli.*
3) B und C: *operacione.*

Digitized by Google

seruatis in salutacione tytulis dignitatum vel officiorum.

Sic salutat primates: *Eugenius* etc. *venerabili in Christo fratri gradensi* — vel *Dalmacie*, vel *Croacie* — *primati salutem et apostolicam benedictionem.*[1])

Presbyteros cardinales habentes tytulum sic salutat: *Eugenius* etc. *venerabili in Christo fratri viterbiensi episcopo, tytuli sancti Clementis presbytero cardinali, salutem et apostolicam benedictionem.* sic scribit cardinalibus presbyteris habentibus tytulum, siue sint episcopi siue non. habentes nullum tytulum sic salutat: *Eugenius* etc. *venerabili in Christo fratri*[2]) *talis loci episcopo* — vel non episcopo — *et sancte romane ecclesie presbytero cardinali salutem et apostolicam benedictionem.*

Dyacones cardinales sic: *Eugenius episcopus* etc. *dilecto in Christo filio . . et sancte romane ecclesie in via latina dyacono cardinali salutem et apostolicam benedictionem.* et si in legacione curie fuerit, additur: *et apostolice sedis legato.*

Archyepiscopos et episcopos hoc modo: *Eugenius* etc. *venerabili in Christo fratri archiepiscopo salzpurgensi* — vel *episcopo patauiensi* — *salutem et apostolicam benedictionem.*

Nota igitur, quod dominus papa nullum appellat *fratrem* nisi patriarchas primates et cardinales episcopos, archiepiscopos et simplices episcopos quoscunque, et[3]) abbates regales. omnes alios cuiuscunque condicionis sev dignitatis, dummodo sint de numero christianorum — nisi fuerit interdictus aut exconmunicatus — appellat *dilectos in Christo filios.* et hoc in clero et extra clerum.

Nota etiam, quod — quando papa scribit duabus ecclesiasticis personis in dignitate consimilibus et officio — nomen eius qui maioris est prerogatiue preponit.[4]) et hoc obseruant omnes ecclesiastice persone. quando scribunt suis inferioribus pluribus numero eiusdem dignitatis vel officii, preponunt prerogatiuam honoris digniorem.

Presbyteros, dyaconos vel subdyaconos,[5]) abbates simplices, prepositos, priores, decanos, canoniços, plebanos, viros religiosos, et inferioris gradus omnes[6]) tam feminas

1) B und C haben blos: *in Christo grandensi primati salutem vt supra.*
2) B und C: *filio.*
3) B: *cardinales episcopos archiepiscopos et.* C: *cardinales archiepiscopos episcopos et.*
4) B und C: *preponitur.*
5) A B C: *cardinales dyaconos vel subditos.*
6) B und C: *prepositos et viros religiosos et omnes inferiores gradus.*

Digitized by Google

religiosas quam viros omnes salutat vno modo. obseruataque discrecione sexus, et positis nominibus dignitatum et officiorum, viros appellat *dilectos in Christo filios*, feminas *dilectas in Christo filias*, omnibus *salutem et apostolicam benedictionem.*

c.

Imperatores salutat hoc modo: *Eugenius episcopus seruus seruorum dei dilecto in Christo*[1] *filio ac fideli suo . . inuictissimo Romanorum imperatori et semper augusto salutem et apostolicam benedictionem.*

Sic scribit Romanorum regi nondum coronato, appellando eum simpliciter *regem* vel *electum romane ecclesie.*

Similiter scribit imperatori constantinopolitano, appellando eum *dilectum in Christo filium et regni constantinopolitani gubernatorem, salutem et apostolicam benedictionem.*

Regi Francie et ierosolimitano sic scribit: *Eugenius* etc. *dilecto in Christo filio Francorum illustri regi viro katholico ac christianitatis imitatori salutem et apostolicam benedictionem.* sic scribit ierosolimitano.

Notandum vero, quod dominus papa nullum imperatorem vel regem appellat *dilectum filium et fidelem*[2] *suum*, nisi eum qui est infeodatus ab ecclesia romana. omnes alios principes seculares, cuiuscunque dignitatis sint, siue nobiles et ignobiles, viros et feminas, obseruatis titulis officiorum vel dignitatum sev etiam professionis omnis, appellat *dilectos in Christo filios* vel *filias.*

Principes non katholicos sic salutat: *Eugenius episcopus* etc. *Sarracenorum regi* vel *soldano. salutem vobis non inpedimus, non quia vestram salutem non desideramus, set quia veram salutem Jesum Christum pro salute humani generis crucifixum non creditis, et quoniam christiani nominis professores iniuriis afficere non cessatis.*

Exconmunicatos, interdictos, hereticos, et judeos sic: *Eugenius* etc. *tali exconmunicato* etc. *quod vobis salutacionis graciam non inpedimus, non id efficit nostra duricia, set de vestris id perniciosis excessibus dinoscitur emanare.*

Alii viri katholici dum talibus scribunt se preponunt, et pro salute hoc concludunt: *recedere a malo et facere bonum*, vel *de spiritu obstinacionis ad spiritum obediencie se trans-*

1) In A fehlt *in Christo.*

2) B und C: *appellat scilicet fidelem et dilectum.*

Digitized by Google

ferre, vel *spiritum consilii sanioris*, vel *de via erroris redire ad semitam veritatis*. etc.

d.

Patriarche sic scribunt domino pape modo inconmutabili omni tempore: *sanctissimo in Christo patri et domino Eugenio dei gracia sacrosancte vniuersalis ecclesie summo pontifici A eadem dei gracia talis patriarcha licet indignus salutem in omnibus tam debitam quam condignam.*

Sic scribunt omnes cardinales, archiepiscopi, episcopi, et omnes persone ecclesiastice vtriusque sexus, mutatis propriis nominibus et nominibus dignitatum et officiorum.

Imperatores sic scribunt pape: *sanctissimo* etc. *Fridericus dei gracia Romanorum imperator et semper augustus et Sycilie rex cum debite subiectionis reuerencia paratum ad omnia famulatum*, vel *pedum oscula beatorum*. sic scribit constantinopolitanus imperator, posito proprio nomine et[1]) titulo dignitatis.

Sic scribunt omnes principes seculares, omnes persone seculares a maioribus vsque ad minimos, obseruato sexu, et positis que ponenda sunt, vt supra visum est.

Et nota, quod congrue clerus scribit domino pape et omnes persone ecclesiastice *obedienciam*, et layci vniuersaliter *obsequium* vel *famulatum*.

β. De secunda tabula salutacionum.

Viso qualiter dominus papa omnes salutat, et qualiter ab omnibus salutatur, et hoc per experimentum prime tabule, nunc videndum est de secunda tabula. in qua docetur de salutacione imperatorum, quomodo scilicet imperator omnes in clero preter papam salutet, et qualiter ipse imperator ab omnibus tam a clero quam a secularibus a maiore vsque ad minimum salutetur.

a.

Patriarchas sic salutat: *Fridericus dei gracia Romanorum rex et semper augustus*, vel *Romanorum imperator*, vel *A dei gracia regni constantinopolitani gubernator, reuerendo in Christo patri et domino . . per dei graciam ierosolimitano patriarche salutem et plenitudinem omnis boni*. sic scribit omnibus patriarchis, conuenientibus positis adiectiuis.

Presbyteros cardinales sic salutat: *Fridericus dei gracia* etc. *venerabili in Christo patri domino . . tituli sancti Cle-*

1) In A fehlt *nomine et*.

Digitized by Google

mentis — vel alterius cuiuscunque — *presbytero cardinali salutem et omne bonum.* sic salutat omnes cardinales, cuiuscunque sint ordinis vel tytuli.

Sic etiam salutat omnes principes ecclesiasticos, omnesque prelatos maiores, sicut sunt regales abbates qui non subsunt dicioni imperii.

Qui autem subsunt imperio, sic scribit: *Fridericus dei gracia* etc. *dilecto imperii fideli deuoto suo venerabili patri A dei gracia archiepiscopo salczpurgensi* — vel alteri simili — *graciam suam et omne bonum.* sic salutat omnes principes ecclesiasticos subiectos imperio.

Quomodo prelatos inferiores, vt abbates, et ceteros in clero salutet.

Prelatos inferiores non[1]) existentes principes, cuiuscunque condicionis fuerint, sic salutat: *Fridericus dei gracia* etc. *dilecto deuoto suo viro religioso,* si est religiosus, *venerabili abbati* vel *preposito talis loci graciam suam et omne bonum.* in hunc modum salutat omnes prelatos inferiores vtriusque sexus, videlicet abbates simplices, prepositos, priores, decanos, archidiaconos, et ceteros huiusmodi, positis nominibus dignitatum et officiorum.

Clericos simplices sic salutat: *Fridericus dei gracia* etc. *dilecto deuoto suo viro venerabili*[2]) vel *prudenti* vel *sciencia adornato . . primicerio canonico plebano* vel *vicario talis loci, scolastico* vel *studenti tali,* et sic de aliis, *graciam* etc.[3])

b. Quomodo imperator omnes laycos salutet.

Romanus imperator vel Romanorum rex sic scribit imperatori constantinopolitano: *Fridericus dei gracia Romanorum rex et semper augustus, Ierusalem et Sycilie rex, magnifico principi et illustri dei gracia constantinopolitano regi salutem ac prosperitatis obtentum.* constantinopolitanus rescribit: *A dei gracia constantinopolitani regni angelus et semper augustus dilecto et illustri principi Friderico dei gracia Romanorum regni aduocato salutem et omne bonum.* sic sibi scribunt mutuo hii duo reges sev imperatores, ita quod semper mittens persona preponit se in salutacione ex quadam arrogancia.

Reges simplices sic salutat qui non sunt imperii: *viro inclito et illustri dei gracia tali regi — Francie* vel *Anglie* aut *Yspanie — Fridericus eadem gracia* etc. *sincere dilectionis con-*

1) In C fehlt *non.*
2) B und C: *honorabili.*
3) B und C: *graciam suam et omne bonum.*

Digitized by Google

stanciam et affectum. sic salutat omnes reges et principes seculares qui non subsunt imperio, ipsos in salutacione preponendo.[1]) eos autem qui sunt imperii vasalli[2]) salutat sic: *Fridericus dei gracia* etc. *viro inclyto ac fideli imperii dilecto suo deuoto O dei gracia Bohemorum regi* — et similibus — *graciam suam et omne bonum.* sic salutat omnes reges et principes[3]) subiectos imperio.

Nobiles extra principes sic salutat. omnes nobiles alios, vt comites, barones, liberos,[4]) et similes, salutat, simpliciter vocando eos *viros nobiles dilectos deuotos suos, graciam suam et omne bonum.*

Milites et clientes vsque ad seruos appellat imperator simpliciter *dilectos, fideles, deuotos suos.*

Notandum autem, quod imperator vel rex Romanorum nullum appellat *dilectum deuotum suum* vel *fidelem imperii,* siue clericus sit siue laycus, cuiuscunque condicionis fuerit, nisi qui spectat ad imperium iure et nomine vasallatus.

Imperator imperatrici: *Fridericus dei gracia Romanorum* etc. *dilecte ac inclite consorti sue Romanorum imperatrici et semper auguste, Iherusalem et Sycilie regine, salutem ac tocius gracie plenitudinem cum affectu.*

c. Qualiter imperator ab omnibus salutetur.

Viso quomodo imperator omnes salutet, nunc videndum est qualiter ab omnibus — tam a clero quam a laycis — salutetur.

Patriarche sic scribunt imperatori: *inuictissimo principi et illustri domino Friderico dei gracia Romanorum imperatori et semper augusto Gregorius seruus Iesu Christi per graciam dei antyocenus* — vel talis — *patriarcha reuerenciam debitam et salutem.*[5])

Cardinales sic scribunt: *inuictissimo* etc. *H tytuli sancti Laurencii presbyter cardinalis promptum famulatum cum gloria et honore in longitudine dierum.* nota, in hunc modum possunt ei scribere omnes cardinales cuiuscunque tytuli, archiepiscopi, episcopi, primates, regales abbates, omnesque viri ecclesiastici cuiuscunque condicionis siue professionis, omnisque in clero persona, excepto quod persone religiose solent scribere *cum deuotis oracionibus promptissimum famulatum.*

Rex Francie et alii qui non sunt imperii: *magnifico principi et illustri domino Friderico dei gracia* etc. *Ch*[6]) *eadem*

1) A und C: *postponendo.*
2) B und C: *qui subsunt imperio.*
3) B und C fügen bei: *seculares.*
4) B und C: *liberi principes.*
5) B und C: *et deuotam.*
6) B und C haben *R.*

Digitized by Google

gracia Francorum rex salutem cum summa dilectione. sic scribunt ei omnes reges et principes seculares qui non spectant ad imperium.

Principes vasalli sic scribunt imperatori: *inuictissimo principi ac metuendo domino suo Friderico dei gracia Romanorum* etc. *O eadem gracia Bohemorum rex cum debita subiectione se ipsum ad omnia beneplacita et mandata.* nota, sic scribunt ei omnes principes nomine et iure vasallatus, omnesque persone seculares a maiore vsque ad minimum, vnusquisque secundum propriam condicionem suam.

Imperatrix sic salutat imperatorem: *victoriosissimo principi et predilecto domino suo Friderico dei gracia* etc. *Elyzabeth eadem dei gracia consors fidelissima thori sui Romanorum imperatrix et semper augusta, Sycilie regina, quidquid potest cum salute debite dilectionis reuerencie et amoris.*

d.

Sic possunt omnes regine et vxores principum sev nobilium suos maritos salutare, et ipsi mariti easdem vxores, sicut de imperatore dictum est ad imperatricem, mutatis et positis propriis nominibus et tytulis dignitatum sev officiorum, et sexu discreto secundum quod oportet.

Quomodo imperatrix reginas salutat. imperatrix sic salutat reginas: *E*[1]) *dei gracia Romanorum imperatrix et semper augusta atque Sycilie regina dilecte ac inclite principi M eadem dei gracia Bohemorum regine forma et morum elegancia decorate salutem cum indissolubili vinculo amoris.* in hunc modum possunt se ad inuicem salutare regine ac excellentes femine, debitis adiectiuorum et tytulorum posicionibus obseruatis. notandum autem, quod mulieres semper[2]) appetunt laudari.

Qualiter igitur reges et regine principes ac inferioris[3]) gradus nobiles ac vxores earum mutuo se salutent, facile colligi poterit ex predictis.

γ. De tercia tabula salutacionum.

Viso quomodo videlicet imperator omnes salutet, et quomodo ab omnibus salutetur, et hoc per demonstracionem secunde tabule, nunc videndum est de tercia tabula salutacionum. in qua ostenditur primo scilicet quomodo maiores in clero extra papam se adinuicem[4]) debeant salutare, secundo quomodo iidem maiores cleri maiores in laycis salu-

1) A hat hier *C.*
2) B und C: *se.*
3) C: *inferiores.*
4) B und C: *mutuo.*

Digitized by Google

tent extra imperatorem de quo supra dictum est satis, tercio quomodo iidem maiores cleri inferiores se tam laycos quam clericos habeant salutare, quarto qualiter predicti maiores in clero a suis inferioribus tam laycis quam clericis habeant salutari, quinto et vltimo qualiter religiosi vtriusque sexus adinuicem se debeant congrue salutare.

a.

Patriarche sic salutant cardinales. *venerabili in Christo fratri . . dei gracia portuensi episcopo et sancte romane ecclesie cardinali talis tytuli presbytero* — vel *dyacono cardinali* — *Gregorius seruus Iesu Christi per graciam dei talis loci patriarcha salutem in omnium salutari*, vel *salutem in eo sine quo non est vera salus.*

In hunc modum possunt patriarche sibi mutuo adinuicem scribere, et cardinalis cardinali, et quilibet maior in clero suo consimili, appellando se mutuo *venerabiles et dilectos in Christo fratres*, et obseruatis tytulorum sev dignitatum proprietatibus. et archiepiscopus archiepiscopo, episcopus episcopo, primas primati, regalis abbas regali abbati etc. hoc obseruato vt in hiis persona recipiens semper preponatur mittenti.

Excepto si persona mittens sit apostolice sedis[1]) legatus simplex, vtpote non cardinalis. talis preponit se omnibus in salutacione in hiis tantum terminis[2]) ad quos legacione fungitur. si autem fuerit cardinalis cuiuscunque licet tytuli apostolice sedis legatus, indifferenter omnibus se preponit tam ecclesiasticis quam secularibus personis, exceptis inperatoribus quos semper preponit.

b. Quomodo minores in clero se salutant mutuo.

Minores in clero, vt sunt abbates simplices, prepositi, et alii prelati illis inferiores, sic se salutant. abbas abbati: *venerabili in Christo patri et domino miseracione diuina abbati ecclesie lambacensis O eadem miseracione*[3]) *abbas ecclesie glvnycensis*[4]) *salutem et sincere dilectionis in domino continuum et indesinens incrementum.* isto modo et prepositi sibi scribunt, positis hiis que ponenda sunt.

Notandum, quod in clero tantummodo in principatibus constituti mutuo sibi scribunt et ad alios *dei gracia.*

1) B und C: *sit a sede apostolica.*
2) B: *terris.*
3) B und C: *gracia.*
4) B: *cluniensis.* C: *cluniensis* mit einem über das *u* gesetzten *e.*

Digitized by Google

inferiores autem, vt abbates simplices, et prepositi, et consimiles eis, de se scribunt *miseracione diuina*, sicut de vtrisque exemplariter superius est expressum.

Quomodo abbates cysterciensium[1]) inter se. dieser absatz hat schon oben in den vorbemerkungen s. 718 seine stelle gefunden.

Priores, decani, cardiani sibi mutuo sic scribunt. prior priorem appellat *dilectum in Christo amicum virum religione conspicuum, salutem et cum oracionibus fraternam in domino caritatem.* sic decanus decano, cardianus suo simili, subprior subpriori.

Primicerii, archipresbyteri,[2]) archidyaconi, et canonici seculares, rectores ecclesiarum, plebani, vicarii, presbyteri, inferiorum ordinum clerici sic sibi scribunt inter se. omnes isti mutuo sibi scribunt vno modo, alter alterum appellando *virum honorabilem, prudentem*, scilicet: *dilecto in Christo tali primicerio* etc. *salutem ac septiformis gracia spiritus illustrari,* vel *salutem et de Iherycho in Ierusalem feliciter peruenire.*

Salutacio scolasticorum ad inuicem: *viro spectabili magistro . . doctori decretorum Bononie,*[3]) vel *rectori arcium Padue, H rector scolarum wiennensium licet insufficiens et indignus salutem et in scolis phylosophie miliciam exercere,* vel *salutem et ea scire et docere in terris que domino placeant in excelsis.* sic etiam studens magistro proprio poterit scribere, positis debitis adiectiuis laudis, et vocando eum *dilectum dominum ac magistrum suum.*

Magister discipulo sic scribit: *karissimo et preamando didascalo suo . . bone indolis iuueni H rector scolarum talis loci salutem et fontem sciencie quam desiderat adipisci.*

c.

Viso quomodo omnis clerus extra papam mutuo se salutat, nunc videndum est quomodo idem clerus principes seculares salutat, extra imperatorem de quo satis dictum est.

Maiores in clero seculares principes sic salutant: *magnifico principi et illustri O dei gracia regi Bohemie,* vel *inclito duci Austrie,* vel *tali marchioni, Gregorius servs Iesu Christi per graciam dei talis patriarcha,* vel *talis cardinalis,* vel *archyepiscopus,* et ceteri, *salutem et cum oracionibus*

1) B und C: *cysterciensis ordinis.*
2) B und C: *archiepiscopi episcopi.*
3) A: *Bohemie.*

Digitized by Google

paratam ad quecunque beneplacita voluntatem. ista erit salutacio maiorum in clero extra papam ad principes seculares.

d.

Quomodo maiores in clero inferiores nobiles salutant. inferiores principibus[1]) nobiles seculares, vt sunt comites liberi et barones, maiores in clero salutant preponendo eos in salutacionibus, et dicunt eis *salutem cum plenitudine omnis boni.* et hoc sane, si non subsunt iidem nobiles eidem clero.[2]) si autem subsunt ei, tunc idem clerus se preponit in salutacione, dicens eos *fideles suos dilectos, graciam suam et omne bonum.* exceptis patriarchis cardinalibus et apostolice sedis legatis, qui semper preponunt se predictis nobilibus, et dicunt eis *salutem in domino Iesu Christo,* vel *benedictionem,* vel *salutem in omni salutari.* ita, si non subsunt eis. si vero subsunt dicioni eorum, scribunt eis vt predictum est, *graciam suam* videlicet *et omne bonum,* vel *obtentum gracie et fauoris.*

Quomodo milites[3]) et clientes salutat. milites et clientes et alios laycos vt burgenses vsque ad seruos glebe salutat predictus clerus, scribendo eis simpliciter *graciam suam et omne bonum,* et salutando quemlibet secundum condicionem suam, prout sagaci dictatori facile patere potest.

e.

Viso quomodo maiores in clero principes seculares et omnes nobiles vsque ad clientes et infra salutent, nunc videndum est quomodo predicti maiores in clero suos salutant clericos inferiores, et quomodo e conuerso[4]) a suis inferioribus clericis (et laycis) salutentur.

Insoferne dieser abschnitt ohne alles allgemeine interesse ist, rechtfertigt sich leicht seine weglassung.

f. De quarta tabula salutacionum.

Viso de tercia salutacionum tabula, nunc videndum est de quarta. in qua primo ostenditur, quomodo omnes principes seculares, extra imperatores sev reges Romanorum de quibus supra dictum est, et quomodo omnes nobiles eisdem principibus inferiores vsque ad populares mutuo se salutant. secundo ostenditur quomodo iidem principes et nobiles maiores in clero extra papam salutant. tercio quomodo inferiores laycos salutant. quarto qualiter ab inferioribus laycis salutantur. quinto et vltimo quedam ponuntur notabilia valde bona.

1) B und C: *principes.*
2) B und C: *eidem in clero.*
3) B und C fügen *simplices* bei.
4) B und C: *e contra.*

Digitized by Google

a.

Quomodo reges se salutent. rex regi sic scribit. *inclito et illustri principi domino* [1]) *O dei gracia Bohemorum regi Stephanus* [2]) *eadem gracia Vngarie rex dilectionem omnimodam et salutem.* [3]) si autem rex subdito regi scribit, potest se preponere, si wlt, et scribere sibi *fauoris plenitudinem cum salute.*

Quomodo minores nobiles scribunt sibi mutuo. minores nobiles, vt comites barones et liberi, scribunt sibi persona recipiente premissa in salutacione. et appellando se *viros nobiles spectabiles et famosos,* inferunt *fidelitatis obsequium indefessum cum salute.*

Quomodo miles militi. miles militem appellat *strennuum virum et honestum talis loci.* et dicunt *salutem cum promptitudine obsequendi.*

Militares vero se appellant mutuo *viros discretos et honestos,* et dicunt *quidquid possunt cum salute obsequii et honoris.*

Generaliter nota tam in persona recipiente quam mittente, si sunt affines et consanguinei, de hoc debent facere in salutacionibus [4]) mencionem. [5]) item nota, quod semper persona mittens tam pro se quam ad personam recipientem, posito primo proprio nomine vtriusque, si tamen scitur, et adiunctis in salutacione debitis adiectiuis, potest vtriusque cognomen subinferri, si scitur pro certo.

b.

Quomodo principes seculares ecclesiasticis [6]) extra papam scribunt. principes seculares salutant ecclesiasticos, et preponunt eos in salutacionibus, appellando eos *reuerendos in Christo patres et dominos,* positis tytulis [7]) dignitatum et officiorum, et dicunt eis *salutem et paratam ad quecunque beneplacita voluntatem.* ita, si iidem seculares principes non subsunt ecclesiasticis. si vero subsunt, tunc appellant eos *reuerendos dominos suos,* et scribunt eis *salutem et condigne reuerencie* — vel *debiti homagii* — *famulatum.*

Quomodo minoribus prelatis scribant et clericis. principes seculares scribunt minoribus prelatis et clericis, sicut in secunda tabula continetur ad talem paragraphum „prela-

1) B und C: *inclito principi et illustri domino.*
2) B und C haben *R.*
3) B und C: *cum salute.*
4) B und C: *salutacione.*
5) Von hier an bis *salutacione* einschliesslich ist in A ausgefallen.
6) A: *ecclesiasticos.*
7) B und C: *nominibus.*

Digitized by Google

tos inferiores" vsque ad illum locum „clericos[1]) simplices sic salutat."

Vbi notarius nomina propria, si cognoscuntur, titulos dignitatum et officiorum, tam ad personam mittentis quam recipientis caute et congrue ponat, vnum quemque circumscribendo conuenientibus laudis adiectiuis, prout in secunda tabula colligi plene potest.

c.

Inferiores nobiles suos superiores salutant, sicut in secunda tabula continetur ad talem paragrafum „principes vasalli" etc. vsque ad illum locum „imperatrix". hic etiam notarius attendat scribentis sev recipientis[2]) condicionem, et distinguat vasallos et non vasallos, tytulos dignitatum, condiciones personarum, singula singulis proprie coaptando.

d.

Sic et minores in clero, vt sunt abbates simplices ceterique prelati consimiles, et alii de numero clericorum scribunt superioribus laycis, sicut in secunda tabula continetur ad talem paragraphum „qualiter imperator ab omnibus salutetur" vsque ibi „principes vasalli" etc. hoc obseruato, vt scilicet — sicut supra dictum est — vbi layci suis superioribus scribunt *obsequium*, ibi clericus scribat *deuotas in domino oraciones.*

Hec omnia et singula studioso notario facile patebunt.

e.

Quomodo legatus imperatoris se scribat. notandum ergo, quod legatus domini imperatoris omnibus se preponit qui sunt in hiis prouinciis ad quas legacione fungitur. non tamen se vocat legatum, set presidem. verbi gracia: *H dei gracia imperialis aule preses super — talem* vel *— tales prouincias generalis viro inclito regi tali —* vel *duci*, vel *marchioni talis terre — graciam suam et omne bonum.*

Sic etiam possunt scribere maioribus personis in clero qui sunt in districtibus legacionis sue.

Omnes vero qui in ipsius sunt districtibus, cuiuscunque fuerint condicionis, clerici siue layci, ipsum preponunt in salutacione, appellantes[3]) eum *illustrem dominum suum*, et dicunt ei *condigne reuerencie famulatum.*

Alias vero vbi non fungitur officio legacionis scribit se simpliciter tanquam marchio vel dux.

---

1) Alle drei handschriften haben: *reges.*

2) B und *C*: *mittentis.*

3) B und C: *vocando.*

Digitized by Google

Nota etiam, quod est differencia inter principem et presidem. princeps est qui iure hereditario ad minus vnam habet terram. preses est qui tantum de mandato imperatoris vni vel pluribus prouinciis preest vel presidet ad tempus, sicut faciebat Pylatus in Judea pro Tyberio cesare.

Romani quoque senatores et prefecti Vrbis qui pretorie preerant potestati auctoritate senatus[1]) et prefecture, et quia Roma esset caput tocius mundi, se omnibus principibus preponebant extra papam imperatorem et imperatricem. set quoniam modo facta est velut ancilla que quondam[2]) libera, cessante nunc causa cessauit effectus. vnde sicut duces vel marchiones modo de se scribunt. senatores et prefecti vrbis romane[3]) sic scribunt: *inclito principi et domino A*[4]) *dei gracia Sycilie regi M eadem gracia alme Vrbis summus*[5]) *senator* — vel *prefectus* — *salutem et prosperitatis obtentum.*

Sic scribunt inferioribus suis tam laycis quam clericis quemadmodum duces vel marchiones, vt dictum est superius in hac quarta tabula.

Ceterum quia consules ciuitatum castellorum sev villarum in nostris non habentur[6]) terris, ideo apud nos vsus scribendi eis non est. veruntamen si contingat eis de nostris terris[7]) fieri legacionem, debent poni tanquam barones terrarum nostrarum, in salutacionibus obseruatis tytulis dignitatum et officiorum suorum. et hoc non ex arte, set pocius ex consuetudine, que arti[8]) in multis preiudicat.

ε. De quinta tabula salutacionum.

Viso de quarta tabula, nunc subinfertur vltima id est quinta.

In quinta tabula docetur quomodo populares se salutent vsque ad seruos glebe.

Mariti vxores salutant vt principes vxores suas, preter imperatorem de quo predictum est. sic scribunt verbi gracia: *inclite ac preamande domine E dei gracia ducisse Austrie dilecte consorti sue Albertus eadem gracia dux eiusdem terre cum salute indissolubilis*[9]) *dilectionis constanciam* vel *amoris.*

Sic eisdem principibus scribunt vxores eorum. verbi gracia: *inclito principi et illustri, karissimo et pre cunctis mor-*

1) B: *sanatus.*
2) B und C: *quondam fuit.*
3) C: *Rome.*
4) B und C haben *H.*
5) B und C: *vel summus.*
6) B: *habentibus.*
7) B und C: *terminis.*
8) B: *artem.*
9) C: *indissolubili.*

Digitized by Google

talibus diligendo domino ac marito suo, O dei gracia Bohemorum[1] *regi Elyzabet*[2] *eadem gracia eiusdem regni domina et regina necnon fidelissima consors sua cum omnimoda deuocione subiectionem tam humilem quam condignam.*

Inferiores nobiles, vt comites et barones, ceterique nobiles ad vxores suas, et e conuerso vxores ad illos, humiliorem habebunt stilum secundum cuiuscunque condicionem et dignitatem, hoc obseruato vt vxores maritis semper scribant *subiectionem omnimodam et condignam.*

Humiliores vero, vt ciues et alii layci, scribant vxoribus suis simpliciter sicut tunc fuerit consuetum.

Salutacio filiorum ad parentes. verbi gracia: *reuerendis et pre cunctis mortalibus diligendis A et B parentibus suis F eorum filius* — aut *filia* — *cum subiectione omnimoda salutem*, aut *quicquid in mundo jocundius est salute*, vel *salutem et quidquid boni Ioseph Iacob prebuit patri suo*, et multa similia.

Salutacio parentum ad filios. *filio peramando A et B parentes sui salutem et quidquid Ysaac Iacob contulit*, vel *salutem et bonorum consorcia imitari*, vel *salutem et bonis moribus informari.*

Idem de filiabus poteris scribere ad parentes, et e conuerso, sexu tantum[3] discreto.

Salutacio parentum ad malum[4] filium. *Chunrado vtinam vocando filio A et B parentes sui pro salute angustiam et dolorem*, vel *pro salute obprobrium sempiternum*, et similia.

Salutacio filiorum ad parentes duros. *karissimis et precordialibus A et B parentibus suis vtinam sic vocandis Heinricus solo nomine ipsorum filius salutem et aperire paterna viscera indigencie filiali*, vel *salutem et carnem propriam non odire*, vel *salutem et cordis duriciam per pietatis misericordiam remouere*, et similia.

Idem teneas de filiabus.

Salutacio fratrum inter se. *dilectissimo et predilecto germano suo Chunrado L ipse*[5] *germanus suus salutem et fraterne dilectionis constanciam et affectum*, vel *salutem et eam quam sibi desiderat sospitatem.*

Idem teneas de sororibus.

---

1) B: *Romanorum.*
2) B und C haben blos *E.*
3) B und C: *tamen.*
4) B: *ad ulterum.* C: *ad adulterum.*
5) B: *suo C L.* C: *suo C et.*

Digitized by Google

Verum si aliquis eorum est in dignitate positus, scribetur sibi secundum dignitatem suam, non obstante connexione fraternitatis.

Ex predictis collige, qualiter omnes consanguinei, quacunque linea sunt affines, mutuo sibi scribant, obseruatis circumstanciis et condicionibus personarum.

Consanguinee vel alias[1]) familiares femine se salutant: *dulcissime et amabili cognate sue, pulcritudine et morum elegancia plurimum decorate, H talis femina salutem et plenitudinem*[2]) *gaudiorum.*

Qualiter ad amasias sit scribendum, religionis causa pertranseo.

Iudex iudici: *multe sapiencie et discrecionis viro P tali iudici tam iuris prudencia quam facti experiencia redimito A talis iudex salutem et in libra racionis sedendo singula sua iudicia*[3]) *trutinare,* vel *salutem et in omni iudicio matrem veritatis consulere racionem,* vel *salutem et cum mansuetudine per semitas ambulare iusticie et virtutis.*[4])

Salutacio ad hominem liberalem. huic scribas, discreta vt predictum est condicione persone, *salutem et gratis digna postulantibus*[5]) *elargiri,* vel *salutem et omnium matrem virtutum consulere largitatem.*

Auarus salutatur, et tunc dicunt ei *salutem morumque non*[6]) *nummorum congeriem coaceruare,* vel *salutem et non denariorum set pocius maiestatis altitudinem adorare,* vel *salutem et ab auarica se auertere que est seruitus ydolorum.*

Mercatores sic scribunt: *salutem et lucrum consequi adoptatum.*

Salutacio ciuium inter se. ciues iuxta condicionem dignitatum et officiorum salutant se adinuicem prout placuerit dictatori.

Artis mechanice operarii se simpliciter salutant sic dicendo. verbi gracia: *viro discreto . . artis sutorie in tali loco H eiusdem artis* — vel alterius — *salutem et omne bonum,* et similia.

Amicus amico de inferioribus laycis sic salutando scribit: *dilecto et precordiali amico S*[7]) *talis amicus omnium bonorum copiam cum salute,* vel *salutem et desiderate fortune incrementum,* vel *salutem et prosperis successibus*[8]) *habundare,* et similia.

1) B und C: *alie.*
2) B und C: *cum plenitudine.*
3) B und C: *pericia.*
4) B und C: *veritatis.*
5) B und C: *postulacionibus.*
6) B: *morum nec.* C: *morum non.*
7) B und C: *amico suo H.*
8) C: *successionibus.*

Digitized by Google

Sic potest socius socio scribere.

Item in bello constituto potest scribi: *salutem et de hostibus triumphare.*

Inimicus inimico. quando inimicus scribit inimico, persona mittens preponit se, tacito proprio nomine persone recipientis, set describit eum vel a cognomine vel a loco. verbi gracia: *Chunradus talis homo de tali loco viro . . talis loci*[1]) *pro salute merorem,* vel *incidere in laqueum quem tetendit,* et similia.

Nauclerus nauclero. naucleri adinuicem *salutem*[2]) scribunt sibi *et ad portum pertingere cum fortuna,* vel *salutem et periculorum discrimina euitare,* et similia.

Rusticus rustico. agricole simpliciter scribunt ad inuicem, dicentes *salutem nec non frumento vino et oleo stabiliri,* vel *salutem et in animalium fetibus habundare,* et similia.

B.

Expedita salutacione, que est pars epistole principalis et prima, nunc videndum est de epistole parte principali secunda, que est captacio beniuolencie.

Que pluribus nominibus appellatur. dicitur enim aliquando prouerbium, aliquando exordium, aliquando arenga. aliquando prohemium nuncupatur. set conmunis vsus istam solet[3]) particulam dicere captacionem[4]) beniuolencie, eo quod ipsa negocium congruum siue conmodum faciat, et animum auditoris beniuolum reddat.

Prouerbium est quedam similitudo metaphorice continens consuetudinem approbatam, sicut: *mus in sporta vel in pera, ignis in sinu, serpens in gremio, hec tria non solent prebere suis hospitalibus munera graciosa.*

Exordium est principium oracionis per quod ad audiendum instituitur animus auditoris. verbi gracia: *eius pietas est precipue commendanda qui*[5]) *priusquam sibi precum instancia porrigatur*[6]) *digno beneficio preuenit indigentem.*[7])

Arenga est quedam prolixa prefacio que ad beniuolenciam captandam premittitur. et hac raro aliquis vtitur aput modernos, nisi in curia romana. verbi gracia: *qui scit se aliis prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum. ipsa namque romana ecclesia, que disponente domino mater est cunctorum fidelium, ita vires suas aliis ecclesiis dispo-*

1) B und C: *viro tali.*
2) B und C: *ad inuicem se salutant.*
3) C: *scilicet.*
4) B und C: *captacio.*
5) C: *que.*
6) B und C: *porrigantur.*
7) C: *indignantem.*

Digitized by Google

suit[1]) *largiendas, vt in partem vocate*[2]) *sint sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. hinc est* etc.

Prohemium est sermo preambulus ad dicenda. sic verbi gracia: *cum tales esse debeamus aput subditos quales nos cum subditi essemus nostros esse voluerimus*[3]) *prelatos, mirabamur*[4]) *vehementer quod circa*[5]) *talem clericum rigiditas vestra adeo est effrenata.*

Captacio beniuolencie est quoddam blandimentum quo recipientis animus beniuolus redditur circa personam mittentem. verbi gracia: *vobis regraciari non sufficimus, quod multis beneficiorum inpensis effectibus hactenus me respicere voluistis. vnde quod per vires meas non valeo, suppleat qui est bonorum omnium retributor.*

Notandum vero, quod hec particula debet esse concors cum sequentibus in materia,[6]) ita quod bene conueniat materie, et mittentis intencionem[7]) exprimere videatur. alioquin magis erit dedecori[8]) quam honori.

Item notandum, quod captacionem beniuolencie non est necesse semper ponere, quia quandoque tacetur omnino, quandoque artificiose inseritur narracioni vel peticioni.

C.

Sequitur de narracione, id est tercia parte principali epistole.

Est autem narracio rerum gestarum vel vt gestarum[9]) posicio. vel[10]) narracio est intencionis eius qui scribit explicacio.

Notandum etiam, si scribas maiori persone inter laycos, sic dicas in principio narracionis: *excellencie* — vel *nobilitati*, vel *magnificencie* — *vestre significo.* si maiori in clero scripseris, tunc dicas: *reuerencie, sanctitati, prudencie, discrecioni vestre significo.*

Item notandum, quod narracio alia est simplex, alia duplex, alia multiplex.

Simplex est, quando tantum vnum narratur negocium. duplex, quando duo narrantur negocia. multiplex, quando plura narrantur negocia.

Set maxima caucio est adhibenda in negociis pluribus, ne primum medio, medium ne discrepet imo.

---

1) B: *disponit.*
2) B und C: *vocati.*
3) A und C: *voluimus.* B: *volumus.*
4) B und C: *miramur.*
5) B und C: *contra.*
6) B und C: *materiam.*
7) B und C: *affectum.*
8) B und C: *decori.*
9) B und C: *rerum congestarum.*
10) A: *alicuius? aliter?*

Digitized by Google

ad hanc cautelam quedam sunt vincula adhibenda, hec scilicet: *interea, insuper, ceterum,* et similia materie conueniencia, quoniam quod facit pix in naui hoc faciunt coniunctiones preposiciones et aduerbia in literis.

D.

Sequitur de peticione, que est quarta pars principalis epistole.

Est autem peticio qua in epistola rem aliquam desideratam petimus.

Et notandum, quod septem sunt modi qui cadunt loco peticionis in epistola, videlicet mandatum, preceptum, consilium, exhortacio, supplicacio, voluntatis[1]) explecio, facti reuocacio.

Verbi gracia ecclesiastici viri scribendo suis inferioribus, si sunt clerici, tunc dicunt: *mandamus vobis per censuram ecclesiasticam.* si vero sunt layci, tunc dicunt eis: *volumus et mandamus, quatenus hoc vel illud*[2]) *statim visis presentibus faciatis.*[3])

Preceptum magnis conuenit viris laycis,[4]) qui premissa narracione[5]) subiciunt loco peticionis ad subditos: *precipimus igitur vobis sub optentu gracie nostre, quatenus ab iniuria talis hominis desistatis.*

Consultatoria peticio ponitur verbi gracia: *consulo igitur tibi, quatenus laudabiliter inchoatum principium fine conmendabili et laudabili prosequaris.*

Idem est de exhortacione.

Supplicatoria est peticio verbi gracia: *supplico tibi, amicorum karissime, quatenus pecuniam tibi per me concessam harum latori non renuas exhibere.* notandum tamen, quod est differencia inter supplicare et petere: maioribus supplicamus, equales petimus.

Item voluntatis explecio loco peticionis ponitur. verbi gracia: *volumus igitur, vt nostrum desiderium processum habeat, et quod iam factum est pro voto nostro ex nunc et in antea maneat illibatum.*

Facti reuocacio, que etiam vt diximus quandoque cadit in locum peticionis, maxime[6]) locum habet in literis papalibus. verbi gracia: *reuocamus igitur talem sentenciam quam contra canonem nouimus esse latam.*

---

1) B: *voluntas.*
2) B und C: *hoc.*
3) B: *facias.*
4) B und C fügen noch *videlicet* bei.
5) C: *in narracione.*
6) B und C: *et maxime.*

Digitized by Google

Notandum etiam, quod in omni peticione vnum ex tribus est considerandum: scilicet vel honestas, vel possibilitas, aut vtilitas.[1]) honestas ideo, quia turpia non sunt petenda. possibilitas, nam stultum est petere quod possit iure negari. vtilitas, videlicet quod rei petite exaudicio vtilis esse et non superflua videatur.

E.

Sequitur de conclusione. est igitur conclusio summam oracionis explicans.

Notandum vero, quod conclusionum alia est deprecatoria, alia mandatoria, alia hortatoria, alia consolatoria, alia correctoria.

Prime tres facile possunt cognosci.

Consolatoria sic fit verbi gracia: *nec vos mors talis persone perturbet, quia speramus ipsum cum domino perenniter regnaturum.*

Correctoria sic verbi gracia: *quod si statum tuum satis quidem omnibus suspectum in melius non mutaueris, scias tibi quantum ad me omnia promocionis genera submota quodammodo et subtracta.*

4.

De quibusdam notabilibus ad predicta[2]) necessariis.

Expeditis et pertractatis superius v partibus principalibus epistole, nunc quedam generales dictaminis regule sunt ponende.

Notandum igitur in primis, quod in literis inconsuetum principium poni non debet, nec inconpetens finis.

Quedam enim dictiones sunt quodammodo appropriate ad principia, vt *liquet, licet, constat pro certo, pro constanti,* et cetera similia. et hoc in multis negociis, non tamen in omnibus, vt patet experto notario.

Solemus etiam huiusmodi genitiuis accusatiuis et ablatiuis vti, in principiis maxime rescriptorum, verbi gracia *tenore literarum tuarum perlecto,* item *literas reuerencie vestre recepimus*[3]) *in hec verba*, et similia multa.

De fine conpetenti hoc teneas, quod respondeat principio materie et medio.

---

1) B: *voluntas.*
2) In B und C fehlt *ad predicta.*
3) A: *recipimus.*

Digitized by Google

Item antiqui in epistolis triplici vsi sunt distinctione. prima est suspensiua, secunda constans, tercia completiua. set hee distinctiones aput modernos minus curantur pro tanto. de hiis duxi minime prosequendum.

Item nomen loci, nomen persone, nomen dignitatis vel officii semper debet in salutacione apponi, vt *Petro iudici wiennensi*.

Item nulla dictio semel posita sepius iteretur, nisi sit de natura sermonis, et causa necessitatis euidens hoc requirat, vt in hoc exemplo: *Petrus et Martinus multa crimina conmiserunt. propter que Martinus suspendio traditur, et Petrus in exilium religatur.* nam fastidium generaret dictio sepius iterata, vt ibi: *cuius racionis racio non exstat,* [6]) *ei racioni non est fides adhibenda.*

Item in summa nota, quod omnis notarius ista debet considerare, scilicet ordinem constructionis, debitam adiectiuorum et verborum apposicionem, intellectum locucionis, mores hominum, et consuetudines terrarum, et satisfacere voluntati mittentis et eque recipientis, et que sit fortuna et condicio vtriusque, et quod talis sit materia que conueniat illi cui litera destinatur.

6) B und C: *existat.*

Digitized by Google

Pars principalis secunda.

Prohemium in formas literarum que dantur in curiis principum.

Elucidatis quinque partibus epistole, et circa easdem partes quibusdam dubitabilibus explanatis, visisque formulis salutacionum quarum vsus est in literis conmunibus quas missiles[1]) literas appellant, ad quarum cognicionem specialiter presentis operis dirigitur intencio, eo quod magis aput omnes in consuetudine habeantur, verum[2]) quoniam diuerse sunt species literarum, ad habendam differenciam inter literas et literas, vt earum diuersitas facilius cognoscatur, earum literarum genera que consueuerunt dari a curiis principum in ordine[3]) prosequamur.

Dantur enim in eisdem curiis conmissiones, citaciones, procuratoria, donatorie, petitorie, sentencie, confirmaciones, appellaciones, executorie, dispensaciones, indulgencie, exempciones, visitaciones, inquisiciones, formate, et obligatorie.

Omnes iste litere, sicut nominibus sunt diuerse, sic nimirum queuis istarum ab alia habet aliquid[4]) speciale. et hoc in modo scribendi. aliter enim scribitur conmissio, aliter citacio, et sic de singulis.

Maioribus autem prelatis, vtpote patriarchis archiepiscopis episcopis, omnia predictarum conpetunt genera literarum. nisi forte aliquis velit contendere, quod exempciones et dispensaciones soli pape debeant reseruari. quod nos etiam in genere concedimus, licet possimus dicere in specie quod archiepiscopis et episcopis cum subditis suis in certis casibus eximendi et dispensandi auctoritas concedatur.[5])

---

1) B: *missibiles.*
2) B und C: *vnde.*
3) B und C: *ordinem.*
4) C: *aliud.*
5) B und C: *dispensandi habeant auctoritatem.*

Digitized by Google

Item sunt et plura genera literarum que in fine huius summule ponuntur, vt sunt litere conductus, litere diffidacionis, litere testimoniales, et cetere.

Nunc igitur de primis secundum ordinem videamus, primo exponendo quid sit conmissio.

l) Tractatus de conmissionibus.

Er ist an der betreffenden stelle des sächsischen formelwerkes neben dem tractatus de conmissionibus des Ludolf von Hildesheim oben seite 220 bis 224 bereits zur berücksichtigung gekommen.

a) Exemplum conmissionis papalis in causa spirituali legende.

Es entspricht der littera confirmationis oder wohl commissionis der sächsischen summa prosarum dictaminis wie in Ludolfs bemerktem tractate dem muster a oben seite 273 und 274.

b) Exemplum conmissionis papalis in causa temporali.

Es entspricht der num. 7 de procuratoribus des sächsischen formelwerks und in Ludolfs angeführter abhandlung dem muster b oben seite 275 und 276.

c) Exemplum conmissionis secularium principum in causis propriis.

Es entspricht den commissionis litterae unter den ziffern 8 und 9 der sächsischen summa prosarum dictaminis wie in Ludolfs bemerktem tractate dem muster c oben seite 276 und 277.

d) Forma conmissionis principum ecclesiasticorum in causa spirituali.

Sie ist in Ludolfs summa dictaminum am bemerkten orte unter d oben seite 385 und 386 bereits berücksichtigt.

e) Forma conmissionis eorundem in causa temporali.

Sie entspricht dem muster e in Ludolfs erwähntem tractate oben seite 386.

f) Forma subdelegacionis.

Sie ist am bemerkten orte unter f oben seite 387 schon zur berücksichtigung gekommen.

Digitized by Google

g) Quomodo iudex delegatus possit conmittere vices suas.

Dieses muster entspricht den litterae subdelegacionis in Ludolfs angeführter abhandlung oben seite 387 und 388.

2) Tractatus de citacionibus.

Er ist an der betreffenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben der entsprechenden abhandlung des Ludolf oben seite 224 bis 226 schon berücksichtigt worden, woselbst auch die hier vorkommende abweichung bezüglich des 20tägigen termines seite 225 in note 2 bemerkt ist.

Exemplum citacionis peremptorie iudicum delegatorum.

Es entspricht der num. 10 des sächsischen formelwerkes und dem muster in Ludolfs tractat de citacionibus oben seite 278.

3) Tractatus de procuratoriis.

Er ist an der betreffenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben der entsprechenden abhandlung des Ludolf oben seite 226 bis 228 bereits zur berücksichtigung gekommen.

a) Procuratorium ad petendum inducias vel probandum inpotenciam veniendi.

Es entspricht der num. 12 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs tractat de procuratoriis dem muster a oben seite 279.

b) Procuratorium ad proponendum excepcionem dilatoriam in solidum.

Es entspricht der num. 11 der sächsischen summa prosarum dictaminis wie in Ludolfs bemerkter abhandlung dem muster b oben seite 278 und 279.

c) Procuratorium ad curiam romanam ad inpetrandum contradicendum et iudices eligendum.

Hierüber ist num. 13 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs erwähntem tractate das muster c oben seite 279 und 280 zu vergleichen.

Digitized by Google

d) Procuratorium vniuersitatis.

Es entspricht der num. 14 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs angeführter abhandlung dem muster d oben seite 280.

4) Tractatus donatoriarum.

Er findet sich an der betreffenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben Ludolfs entsprechender abhandlung de donatoriis oben seite 228 bis 230 schon berücksichtigt.

a) Forma donatorie condicionalis.

Sie entspricht der num. 17 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs bemerkter abhandlung dem muster a oben seite 281 und 282.

b) Forma donatorie mere.

Hierüber ist die littera provisoria des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs angeführtem tractate das muster b oben seite 280 und 281 zu vergleichen.

5) Tractatus petitoriarum.

Er ist bereits bei der abhandlung Ludolfs de petitoriis oben seite 389 und 390 zur berücksichtigung gelangt.

a) Exemplum petitorie in prima specie.

Es entspricht in Ludolfs bemerktem tractate dem muster a oben seite 390 und 391.

b) Exemplum petitorie in secunda specie.

Es entspricht der num. 18 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs angeführter abhandlung dem muster b oben seite 282 und 283.

6) Tractatus de sentenciis.

Ihn haben wir an der entsprechenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben Ludolfs abhandlung de sententiis oben seite 231 bis 235 schon berücksichtigt.

a) Exemplum diffinitiue sentencie papalis.

Hiezu ist num. 26 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs bemerktem tractate das muster a oben seite 284 bis 287 zu vergleichen.

Digitized by Google

b) Exemplum diffinitiue sentencie a parte ordinariorum.

Es entspricht der littera inquisitoria divortii der sächsichen summa prosarum dictaminis und in Ludolfs angeführter abhandlung dem muster b oben seite 288.

c) Forma interlocutorie sentencie a parte delegatorum.

Sie entspricht der littera sententiae contra appellationem in num. 32 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs erwähntem tractate dem muster c oben seite 289 und 290.

d) Forma sentencie ab arbitrariis iudicibus.

Sie entspricht der littera arbitrii des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs bemerkter abhandlung dem muster d oben seite 291 bis 293.

7) Tractatus de confirmacionibus.

Er ist an der betreffenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben Ludolfs abhandlung de confirmationibus oben seite 235 und 236 bereits zur berücksichtigung gekommen.

a) Forma confirmacionis mere.

Hiezu sind die beiden num. 38 und 39 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs angeführtem tractate das muster a oben 294 und 295 zu vergleichen.

b) Forma confirmacionis condicionalis.

Sie ist in Ludolfs erwähnter abhandlung beim muster b oben seite 392 bereits berücksichtigt.

c) Forma confirmacionis simplicis.

Sie entspricht der num. 40 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs bemerktem tractate dem muster c oben seite 295 und 296.

8) Tractatus de appellacionibus.

Er hat bereits an der entsprechenden stelle der sächsichen summa prosarum dictaminis neben Ludolfs abhandlung de appellatione oben seite 236 bis 238 seine berücksichtigung gefunden.

Digitized by Google

a) Forma appellacionis ad terminum.

Sie entspricht der num. 42 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs angeführter abhandlung dem muster a oben seite 297.

b) Forma appellacionis sine termino.

Hiezu ist die num. 43 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs bemerktem tractate das muster b oben seite 297 zu vergleichen.

9) Tractatus executoriarum.

Ihn haben wir an der betreffenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben Ludolfs abhandlung de exsecutoriis oben seite 238 bis 240 schon berücksichtigt.

a) Forma executorie mere.

Sie ist neben der littera excommunicationis judicum delegatorum des sächsischen formelwerkes oben seite 299 und 300 abgedruckt.

b) Forma executorie condicionalis.

F dei gracia talis tytuli presbiter cardinalis[1]) et apostolice sedis legatus dilecto in Christo venerabili fratri archiepiscopo moguntinensi salutem etc.

Romane sedis clemencia ecclesias et iura ecclesiastica tunc iuuare creditur non grauare, cum pro talibus solet preces porrigere qui non solum possunt graciam graciis exequare verum etiam ex habundanti prerogatiua quam in ecclesia obtinent racione[2]) dati et accepti copiosius possunt aliquid prerogare.

Cum igitur per decessum talis in ecclesia herbipolensi vobis suffraganea vna vacare ceperit[3]) canonia, a sanctissimo in Christo patre domino G summo pontifice recepimus in mandatis, vt magistrum Ch nepotem domini P talis cardinalis dilecti nostri confratris, quem idem pater sanctissimus speciali fauore prosequitur, in predicta canonia substitui procuraremus.

Qua propter execucionis nostre officium negligere non volentes, auctoritate apostolica atque nostra[4]) fraternitati

1) In B und C fehlt *cardinalis*.
2) B hat *romane*.
3) In B und C fehlt *ceperit*.
4) B: *nostri*.

vestre precipiendo mandamus,[1]) quatenus ob reuerenciam sedis apostolice predicte herbipolensis ecclesie capitulum atque fratres curetis inducere, vt predictum magistrum Ch, virum vtique ydoneum atque doctum, in canonicum recipiant et in fratrem, si tamen canonicum aliud non obsistat.

Pro quo et in quo eadem ecclesia non solum predicti domini apostolici set etiam nostram et omnium confratrum nostrorum cardinalium sibi graciam cumulabunt. si vero facere renuerint, appellacione remota, ad hoc eos per censuram ecclesiasticam conpellatis.

10) Tractatus de dispensacionibus.

Er ist bereits an der entsprechenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben der betreffenden abhandlung Ludolfs oben seite 241 bis 245 zur berücksichtigung gekommen.

a) Dispensacio super irregularitatibus contractis ex negligencia vel ignorancia.

Sie entspricht der num. 50 des sächsischen formelwerkes und in Ludolfs bemerktem tractate dem muster a oben seite 302 und 303.

b) Dispensacio super defectu natalium.

Hiezu ist num. 51 der sächsischen summa prosarum dictaminis und in Ludolfs erwähnter abhandlung das muster b ohen seite 303 und 304 zu vergleichen.

c) Dispensacio super pluribus beneficiis.

Sie entspricht der num. 54 des sächsischen formelwerkes und in dem angeführten tractate Ludolfs dem muster c oben seite 305 und 306.

11) Tractatus de indulgenciis.

Er ist an der betreffenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben der entsprechenden abhandlung Ludolfs oben seite 245 bis 248 bereits berücksichtigt worden.

a) Forma indulgencie reuocabilis.

Hiezu ist num. 57 des sächsischen formelwerkes und in dem bemerkten tractate Ludolfs das muster a oben seite 307 bis 309 zu vergleichen.

1) B: *mandando precipimus.*

Digitized by Google

b) Forma indulgencie prerogatiue.

Sie entspricht der num. 66 der sächsischen summa prosarum dictaminis und in Ludolfs angeführter abhandlung dem muster b oben seite 313 bis 315.

c) Forma indulgencie perpetue.

Licet is de cuius munere venit vt sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter seruiatur de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota, bene seruientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad conplacendum ei[1]) quasi quibusdam illectiuis — indulgenciis scilicet et remissionibus — inuitamus.

Cupientes igitur, vt ecclesia talis monasterii nouiter conplantata[2]) dignis frequentetur honoribus, et temporalibus nichilominus proficiat incrementis, omnibus vere penitentibus ac contritis qui ad idem monasterium, cuius beata virgo Maria patrona[3]) existit, in quatuor precipuis festiuitatibus eiusdem virginis gloriose deuocionis causa confluxerint et elemosinam suam ibidem reliquerint pro qualibet vice xl dies terminalium[4]) et centum venialium auctoritate omnipotentis dei de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, presentibus perpetuo[5]) valituris.

d) Forma indulgencie temporalis.[6])

Si vis formare temporalem indulgenciam, pone totum sicut premissum est, ita vt post illam clausulam que dicit: *et temporalibus nichilominus proficiat incrementis* hanc clausulam inferas: *omnibus vere penitentibus et contritis qui ad structuram eiusdem cenobii grata subsidia porrexerint secundum sue substancie qualitatem xl dies terminalium*[7]) *et centum venialium de iniuncta sibi penitencia pro qualibet vice misericorditer relaxamus, presentibus ad decennium valituris.*

Datum.

12) Tractatus de exempcionibus.

Er hat bereits an der betreffenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben Ludolfs ent-

1) In B fehlt *ei.*
2) B: *copulata.*
3) B und C: *virgo matrona.*
4) A B C: *criminalium.*
5) C hat hier gleich: *presentibus ad decennium,* und dann natürlich das alsbald folgende muster d nicht mehr.
6) Auch in B fehlt dieses muster.
7) Cod. *criminalium.*

Digitized by Google

sprechender abhandlung oben seite 248 bis 250 seine berücksichtigung gefunden.

Forma exempcionis personalis et localis.

Sie entspricht der num. 68 des sächsischen formelwerkes und dem muster in Ludolfs bemerktem tractate oben seite 316 und 317.

Am schlusse[1]) folgt noch die nachstehende redactionsbemerkung:

In premissa forma ostenditur forma exempcionis personalis et localis simul. et secundum eandem formam potes formare[2]) vniuersalem et particularem, que tamen minus vsitate sunt respectu priorum.

13) Tractatus de visitacionibus.

Er ist an der entsprechenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben der abhandlung Ludolfs hierüber oben seite 250 bis 254 schon zur berücksichtigung gekommen.

Forma visitacionum.

Sie entspricht der interessanten num. 69 des sächsischen formelwerkes und dem muster in Ludolfs angeführtem tractate oben seite 317 bis 321.

14) Tractatus de inquisicionibus.

Ihn haben wir bereits an der betreffenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben der entsprechenden abhandlung Ludolfs oben seite 254 bis 257 berücksichtigt.

Forma inquisicionis.

Hiezu ist num. 71 des sächsischen formelwerkes und das muster in Ludolfs erwähntem tractate oben seite 322 bis 325 zu vergleichen.

15) Tractatus de formatis.

Diese kurze abhandlung ist an der entsprechenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben Ludolfs darauf bezüglichem tractate oben seite 257 bereits berücksichtigt worden.

1) Diesem fügt A auch noch die zeitbestimmung an: *datum anno domini* etc.

2) In B ist *potes formare* ausgefallen.

Digitized by Google

Exemplum formatarum.

Es entspricht der num. 81 des sächsischen formelwerkes und dem muster in Ludolfs bemerkter abhandlung oben seite 330.

16) Tractatus de obligatoriis.

Er hat bereits an der entsprechenden stelle der sächsischen summa prosarum dictaminis neben Ludolfs hieher bezüglichem tractate oben seite 258 und 259 seine berücksichtigung gefunden.

Forma obligatoriarum.

Sie entspricht dem muster in Ludolfs angeführter abhandlung oben seite 394 und 395.

Nach dem vorworte zu der in unseren handschriften hier schliessenden pars principalis secunda oben seite 750 sollten nunmehr eigentlich noch litterae conductus, litterae diffidationis, litterae testimoniales, und andere folgen. in Ludolfs summa dictaminum haben wir dergleichen auch wirklich oben unter VI seite 395—398 gefunden. warum der baumgartenberger compilator jene stelle des vorwortes aufgenommen, aber dennoch die darin angedeuteten schlussmuster nicht beigefügt hat? wir wissen es nicht.

Digitized by Google

Pars principalis tercia.

A. De quibusdam incidenciis.

Sequitur de quibusdam incidenciis, quarum cognicio est necessaria valde antequam perueniatur ad declaracionem priuilegiorum in quorum formis sepe repperiuntur.

Primo de cognicione et differencia iuris dotalicii. item de iure patronatus et eius speciebus. item de formis testamentorum et eorum speciebus. item de arbitris et formis arbitriorum.[1]) item de formis exemplandi literas papales et imperiales et aliorum principum. item quid inportet in literis hoc nomen „procuracio" quando inuenitur. item de irregularitatibus et earum differenciis. item de prescripcionibus et formis earum et cauillacionibus prescripcionum. item in quibus literis ponendi sint anni incarnacionis. de differencia inter actum et datum. item de formis credenciarum. item de iure aduocaciarum et earum differenciis. item de significacione sev interpretacione huius nominis „census" et eius diuersitate.

Horum omnium cognicio in sequentibus patebit vel patefiet.

Prohemium ad sequencia.

Nunc autem, antequam veniatur ad declaracionem priuilegiorum, quedam censui ponere incidenter tanquam subsequencium preambula, et que cognicioni notariorum valde sunt necessaria, vtpote de iure dotalicio, de qualitate testamentorum, et de aliis consimilibus.

1) De dote et eius differenciis.

Est autem dos illa donacio quam maritus dat vxori sue. et wlgo vocatur margengab.[2])

Et talem dotem potest mulier dare cui voluerit, nec vir potest eam prohibere. si ergo aliqua matrona daret

1) A B C: *arbitrorum.* 2) B: *morgengab.*

Digitized by Google

nostro[1]) monasterio, vel venderet cuicunque, possessionem aliquam que esset dos eius, in priuilegio debebit mencio fieri, quod ipsa possedit rem illam iure dotalicio.

Dos etiam dicitur illa possessio que datur alicui ecclesie nouiter facte in subsidium plebani. et vocatur in wlgari widem. solent enim ecclesie dotari aliquibus possessionibus. et illa possessio vocatur dos ecclesie. et debet esse libera, sicut ecclesia libera est, ita vt nemo debeat inde accipere[2]) stevras vel alias exactiones; quocunque nomine censeantur.

2) De iure patronatus.

Est etiam[3]) ius patronatus. quod proprie pertinet ad illum qui est patronus alicuius ecclesie.

Ille autem vocatur patronus ecclesie, qui alicui ecclesie ante consecracionem aliqua inpendit beneficia, sicut si dat fundum vbi edificanda est ecclesia, vel si edificat eam, vel si dotat eam. vnde versus:

patronum faciunt dos, edificacio, fundus.

Patronus itaque potestatem habet conferendi ecclesiam cui wlt. et debet presentare episcopo illum cui contulit ecclesiam, vt ab episcopo[4]) inuestiatur dono altaris. episcopus tamen potest indignum refutare.

Patronus etiam debet ecclesiam defendere ab iniuriis.

Et primus vadit in processione circa ecclesiam causa honoris.

Potest et[5]) moderatum subleuamen ab ecclesia petere, si fuerit pauper factus.

Vnde versus:

patrono debetur honos, onus, vtilitasque:
presentet, preeat, defendat, alatur egenus.

3) De testamentis.

Est et ius testamenti. hoc specialiter notate, quod frequencius[6]) occurrit.

a.

Est autem testamentum voluntatis[7]) vltime iusta sentencia de eo quod post mortem suam aliquis fieri voluit, quando[8]) videlicet homo de patrimonio et rebus suis iuste disponit.

1) B und C: *meo.*
2) B: *recipere.*
3) B und C: *autem.*
4) B und C: *ab ipso.*
5) B und C: *etiam.*
6) B und C: *frequenter.*
7) B und C: *quasi voluntatis.*
8) A hat hier: *quod.*

Digitized by Google

Dicitur autem testamentum quasi testacio mentis super disposicione hereditatis.

Et qui facit testamentum vocatur testator.

Et nota, quod voluntas testatoris libera est et deambulatoria vsque ad mortem, hoc est quod potest mutare testamentum ante mortem quandocunque wlt. licet pactum fecerit quod non debeat mutare, vel etiam licet testamentum quod fecit confirmatum sit priuilegio principis, omnia hec[1]) non possunt inpedire quin[2]) mutet quando voluerit. vnde si mille testamenta faceret vno die, tantummodo hoc in quo voluntas vltima exprimitur valet, cetera omnia cassantur.

Et notandum, quod serws, hoc est homo qui est proprius alicuius, non potest facere testamentum. set nec furiosus qui non habet dilucida[3]) interualla, hoc est qui semper furit. set nec inpubes. set nec prodigus, cui amministracio rerum suarum interdicta est a iudice. set nec mutus qui nichil[4]) potest loqui. set nec surdus qui nichil[5]) omnino potest audire. set nec is qui proprietati abrenunciauit, vt monachi et moniales.

Inpubes vocatur qui necdum adolescenciam transiit et est omnino inberbis.

Prodigus vocatur qui stulte et superflue res suas expendit. illi aliquando per iudicem et conciues[6]) suos et cognatos interdicitur potestas rerum suarum, ne videlicet omnino fiat mendicus.[7])

Sunt autem plures cause propter quas testamentum cassatur et fit irritum,

Primo per adgeneracionem[8]) postumi. postumus dicitur vltimus filiorum.[9]) si ergo aliquis habens iii vel iiii filios faciat testamentum, et si postea generet postumum, testamentum irritabitur, ne videlicet postumus negligatur.

Item testamentum soluitur, si testator fuerit conprobatus criminosus, sicut si est hereticus, vel latro, vel si degradatus fuerit de honore. item si se ipsum occiderit, sicut multi se ipsos laqueo suspenderunt.[10])

Item testamentum non valet, si fiat inlegittime contra formam iuris.

---

1) B und C: *ista.*
2) B: *nisi.*
3) B und C: *dilucula.*
4) B und C: *non.*
5) B: *qui non.*
6) B und C: *iudices et per ciues.*
7) B und C: *egenus.*
8) B: *primo ad generacionem.*
9) B und C: *filius.*
10) B und C: *suspendunt.*

Digitized by Google

Sunt et alie cause. set non est opus omnes ponere.[1])

Ille etiam vocatur intestatus, qui moritur ita quod non facit testamentum.

Et notandum, quod — si testator alicui amico suo vt[2]) faceret testamentum[3]) de rebus suis conmittat ad voluntatem et discrecionem suam cum plena auctoritate — illius testamentum et disposicio valebit, sicut si ille in persona propria fecisset.

Item aliquando fit testamentum sola voce sine literis, aliquando voce et literis, aliquando solum literis. et omnia valent.

Notate etiam, quod testamentum debet fieri sine interuallo têmporis, hoc est vno contextu,[4]) nullo alio actu interposito, nisi forte si testator iret ad opus naturale, vel breuem medicinam sumeret, vel si breuis et parws languor interueniret. alias si mora interueniret, non valet testamentum. vt si hodie vnam partem scriberet, et tercio die alteram, non liceret.

Item testamentum continere debet nomen testatoris, et heredum vel heredis, et ad minus vii testes, et sigilla eorum, si fieri potest. et hoc intelligitur de nobilibus.

Testamentum vero plebeiorum, vt rusticorum et suorum equipolentum, quinque ad minus habebit testes.

Nunquam etiam testes scribendi sunt, nisi de eorum scitu et voluntate. in nulla omnino litera.[5]) aliter enim litera non valeret, si[6]) probaretur posuisse testem[7]) sine scitu et voluntate eius.

Nota etiam, quod ille filius dicitur emancipatus, qui accepta porcione substancie que eum contingit fit extra potestatem patris. qui vero necdum emancipatus est, vocatur patrie potestatis. et si pater faceret testamentum, et preteriret talem filium, testamentum non valeret. verum consuetudo nostrorum temporum non multum ista ponderat.

Vnde notate ista sine quibus nullum omnino testamentum potest valere. primum est, quod testamentum debet habere nomen testatoris, et eorum nomina quibus fit testacio. secundum est, quod testator profitebitur se liberum natu[8]) et voluntate. tercium, quod fatebitur se etatis le-

1) B und C: *exponere.*
2) In B und C fehlt *ut.*
3) In A ist dieser ganze anfang ausgefallen.
4) B und C: *conceptu.*
5) In B und C lautet dieser satz, welcher mit dem folgenden schon nach *nobilibus* eingestellt ist: *Testes scribendi sunt, nisi de eorum scitu et voluntate, in omni littera.*
6) B: *nisi.*
7) B und C: *testamentum.*
8) B: *providebitur senatu liberum.*

Digitized by Google

gittime ad faciendum testamentum. quartum est, quod scribit se conpotem[1]) esse sue mentis, vel sane mentis. quintum, quod fatebitur se facere vel fecisse testamentum sine illicito interuallo temporum vel aliarum actionum, set vno contextu sine omni actu illicito interposito. sextum, quod — quitquit legat vel disponit in testamento de rebus suis — confitebitur de qualibet re quo tytulo ipse eam possederit, scilicet vtrum proprietatis, vel fevdali, vel[2]) emphytheotico, vel vtrum rem illam iure hereditario a parentibus receperit, vel vtrum rem illam pecunia sua conparauerit. septimum est, vt fateatur se res de quibus testatur[3]) iuste possedisse. octauum est, vt si res fuit in aliqua lite, quod scribat[4]) qualiter lite sopita res illa libere ad eum fuerit deuoluta. et si forte super illa re de qua contencio fuit aliquas literas habet in quibus contineatur processus et finis litis illius, tunc non est necesse quod inseratur testamento de lite sopita processus. set dicet: *domum talem lego iure testamenti H filio meo libere possidendam. que domus licet in lite fuerit, tamen lite sopita literisque super hoc confectis in meam plenitter*[5]) *rediit potestatem. et quia ipse litere expressam mencionem faciunt de lite cepta et finita, ipsas literas totum processum continentes in manus eiusdem filii mei vna cum domo sibi legata tradidi possidendas.* nonum est, vt semper de vltima voluntate fiat mencio in testamento. decimum, vt nomina testium subscribantur. set ante nomen illius ponetur[6]) qui ipsum testamentum sigillat, si forte testator non habeat proprium sigillum. et postea sequitur[7]) annus et dies, concurrentes et epacte et indictio. set indictiones[8]) et concurrentes et epacte raro scribuntur, nisi in magnis testamentis.

b.

Subiciamus modo exemplum.

Quoniam ea que in magnis[9]) fiunt rebus vel longi decursus temporis a memoria abstergit hominum, vel calumpniatorum plerumque conturbant insidie, necessarium est vt scriptis et testibus inuiolabile accipiant firmamentum.[10])

---

1) B: *conpotentem.* C: *conpetentem.*
2) B und C: *uel si.*
3) B und C: *testatus est.*
4) B: *asscribat.* C: *ascribat.*
5) B und C: *plenariter.*
6) B und C: *ponitur.*
7) B: *scribitur.*
8) In A steht blos: *dies et indictio.*
9) B und C: *humanis.*
10) B und C: *inuiolabilem accipiant firmitatem.*

Digitized by Google

Itaque notum sit vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis, quod ego N miles ciuitatis wiennensis, horam migracionis inminere mihi videns ex hac vita, vtpote intolerabili grauatus egritudine, de rebus a deo mihi datis legittimum testamentum facere statui, et factum pronuncio in hanc formam.

Ego N miles et ciuis wiennensis ciuitatis, tam natu quam voluntate liber, etatis etiam legittime ad testandum, eger quidem corpore, set sana mente, sine omni alieni[1]) actus illicita[2]) interposicione, set vno debitoque contextu, de rebus meis[3]) quas iuste possedi et possideo legittimum testamentum post mortem meam omnino et ab omnibus obseruandum faciens, ipsum esse vltime voluntatis mee veritate presencium confiteor et protestor.

Inprimis igitur ordino, vt xxx librarum — *vel* talentorum — redditus in tali loco, quos proprietatis iuste possedi tytulo, ad dilectam coniugem meam Al ad vitam dumtaxat suam deuoluantur, ita vt post mortem eius ad liberos meos, filios videlicet et filias, iidem redditus reuertantur, saluis semper illis redditibus[4]) sibi quos ex me iure dotalicio noscitur possedisse.

Deinde ordino et do Chunrado[5]) primogenito meo licet emancipato x talentorum redditus in N loco, qui ad me hereditario et paterno munere deuenerunt.

Ottoni autem filio meo natu secundo, qui adhuc sub patria potestate est, do xl[6]) talentorum redditus, quorum x talenta[7]) in tali loco ad me iure empcionis libere deuoluta in ius traxi proprietatis, alia vero xxx talenta in Nevnchirchen, que quondam tytulo[8]) feodi a domino L de Chunringe[9]) possidebam,[10]) set tandem ab eo ius proprietatis pro cc talentis denariorum mihi in eisdem redditibus conparaui.

Post hoc Friderico[11]) filio meo natu tercio ordino et do dignitatem illam que wlgo hauzgnoschaft[12]) dicitur, quam mihi pater meus iure hereditario dereliquit.

---

1) In B fehlt *alieni*.
2) B und C: *illiciti*.
3) B: *me*. A: *nostris*.
4) C: *illi? illis? redditibus*.
5) B hat blos die bezeichnung *C*; dagegen C hat gar keine.
6) B: *xxx*.
7) B: *quorum x talentorum*. C: *quorum talentorum*, zwischen welche worte jedoch als einzufügend das ausgelassene *decem* von derselben hand an den rand bemerkt ist.
8) B und C: *sub tytulo*.
9) B und C haben statt dieses namens zwei punkte.
10) B und C: *possedi*.
11) B und C haben blos den anfangsbuchstaben *F*.
12) B: *hausgenozschaft*. C: *havsgenoszschaft*.

Digitized by Google

Vnicuique autem filiarum mearum que necdum experte sunt nupcias ordino et do cc marcas argenti, et pro celebrandis cuiuslibet[1]) earum nupciis lx talenta denariorum, et xx talenta pro vestibus ad ipsas nupcias conparandis.

Filiabus vero meis O et A,[2]) que iam viros noscuntur habere, c talenta denariorum ordino et dispono.

Quicquid vero in gemmis, auro et[3]) argento, et[4]) in vestibus in rebus meis repertum[5]) fuerit, totum dandum est collegiatis ecclesiis, vt in vsum monachorum et monialium cedat pari per omnia particione,[6]) ita vt vnicuique monasterio xx ad minus talenta denariorum persolui debeant sine mora.

Huius itaque testamenti mei rite et racionabiliter facti executores statuo et statutos pronuncio dominum N militem ciuem wiennensem et N iudicem ibidem,[7]) dans eis plenam facultatem omnia que predixi[8]) tanquam si per me presencialiter fierent[9]) faciendi.

Ceterum ne vlla de causa ordinacio mea conuelli vel inpediri possit, presentes literas testamentum meum continentes predictis executoribus eiusdem testamenti tradidi, sigilli mei munimine roboratas, testibus ydoneis subnotatis, quorum hec sunt nomina, etc.

c.

Si vero breuiter scribere volueris, sic scribes.

Ego Otto ciuis de Linze,[10]) *graui egritudine detentus, sane mentis, et alia omnia habens et faciens que legittimus testator habere et facere debet, vltime voluntatis iustum hoc meum testamentum ad omnium*[11]) *noticiam peruenire volo presencium veritate.*

Inprimis itaque do illi hoc vel hoc etc.

Et tunc non est opus, vt scribatur vnde quelibet possessio ad testatorem venerit,[12]) vel quo iure[13]) eam tenuerit.

Set quamuis breuissime scribas, tamen non obmittes nomen executoris vel executorum.

Executor vocatur ille cui testator dat auctoritatem perficiendi omnia sicut testamentum continet.

---

1) In B fehlt *cuiuslibet.*
2) B und C: *L et R.*
3) B und C: *vel.*
4) B: *vel.*
5) B: *receptum.*
6) B und C: *participacione.*
7) In A fehlt: *et N iudicem ibidem.*
8) C: *prediximus.*
9) B und C: *fuerint.*
10) B und C: *O ciuis talis.*
11) B und C: *omnem.*
12) B und C: *peruenerit.*
13) In B fehlt *iure.*

Digitized by Google

d.

Contingit[1]) etiam quod testator aliquando facit testamentum de debitis que sibi debentur. et tunc munit executores testamenti sui publico instrumento et personis[2]) sollempnibus, ita tamen quod ipse testator in fine literarum subscribere debet, sicut patebit in litera exemplari.

Nota etiam, quod publicum instrumentum vocatur litera quam iudex et vniuersitas ciuium scribunt, et quam signant sigillo ciuitatis sue.

In aliis tamen terris, sicut in Longobardia et Tuscia, publica instrumenta scribuntur per publicos tabelliones. publicus autem tabellio vocatur notarius quem papa vel imperator ad hanc dignitatem admisit. hunc oportet iurare quod fideliter exequatur officium suum. et in talibus literis non apponi solent sigilla, set ipse tabellio format tantummodo signum suum in litera, et sufficit. vnusquisque autem tabellio habet proprium suum signum[3]) per quod munit literas publicas quas scribit. set ista non fiunt apud nos.

Idcirco autem testator format publicum instrumentum, vt executores testamenti sui eo facilius possint repetere debita a debitoribus testatoris auxilio publicarum literarum.

e.

Hec est igitur forma.

H miles iudex et vniuersitas ciuitatis wiennensis[4]) omnibus quorum interest nosse noticiam subscriptorum.

Nouerint vniuersi presentes literas inspecturi, quod rogatu et interpellacione dilecti conciuis[5]) nostri Rudolfi institoris, qui nimia fractus egritudine testamentum de rebus suis fecit, ipsum testamentum procuratoribus pariter et executoribus assignandum sigillo ciuitatis nostre roborauimus.

Cuius etiam sententiam[6]) exprimimus sub hac forma.

Inprimis itaque ordinauit hoc vel hoc, illi vel illi, *sicut*[7]) *in precedenti exemplo inuenietis. postquam ergo omnia que disposuit et ordinauit diuersis personis fuerint scripta, tunc subiungetur ista clausula.*

---

1) B und C: *contigit.*
2) B und C: *et in personis.*
3) In B und C lautet diese stelle: *apponi sigilla. set ipse tabellio habet proprium sigillum.*
4) B und C: *ciuium wiennensium.*
5) B und C: *ciuis.*
6) In B fehlt *sententiam.*
7) B und C: *hoc vel hoc etc. et sicut.*

Digitized by Google

Testificamur etiam bona fide, quod dictus Rudolfus[1]) procuratores ad requirenda[2]) debita et executores ad consummandum testamenti sui effectum viros ydoneos statuit, videlicet talem et talem conciues[3]) nostros, dans eis liberam facultatem de suis debitoribus debita requirendi et repetendi, quibuscunque locis temporibus contractibus[4]) vel tytulis ipsa adnotentur, vt habeant potestatem coram iudicio ecclesiastico vel ciuili singuli vel coniunctim[5]) debita petendi,[6]) debitores inpetendi, conueniendi, excipiendi, respondendi, conpromittendi,[7]) procuratores vel procuratorem substituendi, et omnia alia faciendi que ydonei procuratores possunt facere et tenentur.

Dedit etiam eis facultatem plenam, ordinacionem testamenti sicut prescripta[8]) est exequi vsque[9]) ad finem, certis per omnia limitibus obseruatis.

Ipse quoque predictus Rudolfus[10]) testator subscripsisse noscitur in hec verba. *ego inquam Rudolfus*[10]) *ciuis wiennensis vniuersa que prescripta sunt fideli rati habicione prosequor, protestando, me in omnem euentum predictos honestos viros Vlricum et H*[10]) *in repetendis debitis meis procuratores, et ad perficiendum testamentum meum executores fiducialiter statuisse. presentes quoque literas, sigillo ciuitatis wiennensis sigillatas, eis assignaui tanquam executorias et procuratorias vsque quaque, presentibus ipso domino O iudice, et illo et illo,* etc.[11])

Actum anno domini m°. ccc°. secundo. ix kalendas iunii.

f.

Notandum etiam, quod litere testamentales[12]) magne solent esse. ideo de gracili et honesta litera scribi debent.

g.

Si autem testator dat alicui amico suo plenam potestatem omnium rerum suarum, vt loco sui faciat testamentum iuxta discrecionem suam, tunc testator nichil testabitur omnino, set dabit illi cui dedit potestatem pro se testandi literas tales.

---

1) B und C: *quod dominus R.*
2) B: *recipienda.* C: *repetenda.*
3) B und C: *videlicet talem ciuem vel tales ciues.*
4) B: *contrariis.*
5) B und C: *coniuncti.*
6) B und C: *repetendi.*
7) B und C: *promittendi.*
8) B: *scriptum.* C: *prescriptum.*
9) B und C: *et vsque.*
10) B und C: *R.*
11) In B und C lautet der schluss: *executorias* (C: *executorias et procuratorias*) *vsque quaque. testes H iudex etc.*
12) B: *testimoniales.*

Digitized by Google

Ego Rudolfus[1]) ciuis wiennensis, infirmitate corporis deprehensus, publice recognosco, quod conpos mentis et libera voluntate virum talem — *vel si plures sunt*: viros tales — omnium rerum mearum pro me constituo testatorem — *vel* testatores — dans ei — *vel* eis — plenam potestatem testandi et ordinandi de vniuersis et singulis rebus meis, mobilibus et inmobilibus, habitis et habendis, accipiendis, vendendis,[2]) alienandis, distribuendis, et dispensandis, post mortem meam, prout ei — *vel* eis[3]) — visum fuerit expedire, volens pariter vt quicquid ipse — *vel* ipsi — de rebus meis ordinauerit — *vel* ordinauerint — pro testamento vltime voluntatis post mortem meam debeat ab omnibus reputari.

Quod ne per alicuius inprobitatem inpediri possit, presentes ei — *vel* eis — literas dedi, sigilli mei — *vel* sigilli ciuitatis wiennensis — munimine roboratas, testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec. etc.

Actum anno domini.

h.

Si vero publicum instrumentum dare voluerit, tunc ista litera scribetur ex persona[4]) iudicis et ciuium.

Et erit eadem forma, nisi quod iudex et ciues ex sua scribunt persona, et ea que ille testator de se locutus est in prima persona illa illi loquuntur[5]) in tercia persona sic.

Nos Otto miles iudex cum vniuersitate ciuitatis wiennensis[6]) tenore presencium profitemur, quod Rudolfus dilectus conciuis noster, egritudine corporis preoccupatus, testamentum facere volens, set dolore prepeditus non valens, sana tamen mente et libera voluntate, talem — *vel* tales — pro se omnium rerum suarum constituit testatores, dans ei — *vel* eis — plenam potestatem etc. *per omnia vt supra, vsque* actum anno domini.

4) De lite in causa ciuili.

Item notandum, si super aliquibus possessionibus vel rebus lis orta fuerit et contencio ventilata in foro videlicet ciuili, quia de foro ecclesiastico supra positum est satis lucide, et si per sentenciam res illa adiudicata fuerit parti

1) B und C haben blos *R.*
2) B: *et vendens.* C: *et vendendis.*
3) B und C fügen noch bei: *si plures fuerint.*
4) B und C: *parte.*
5) B und C: *loquantur.*
6) B und C: *ciuium wiennensium.*

Digitized by Google

vni et abiudicata parti alteri, iudices seculares vel iudex totum processum cause scribunt suo nomine sub hac forma.

Nos Otto[1]) iudex et vniuersitas ciuium ciuitatis N[2]) omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis cupimus esse notum, quod — cum quedam lis inter venerabiles abbatem et conuentum monasterii talis ex parte vna et Ch institorem conciuem nostrum ex parte altera super iure fundi cuiusdam domus in tali loco site diu admodum volueretur[3]) — ad nostram presenciam tandem in loco pretorii vrbani — *vel* in ecclesia tali — partibus hinc inde constitutis, propositum fuit ex parte abbatis predicti et conuentus, quod ipsi fuissent in libera et quieta possessione fundi domus predicte per xx annos[4]) et vltra, proprietatem fundi illius ad monasterium suum pertinere asserentes, quod etiam se ydoneis probaturos testibus affirmabant.

Cum ergo per sentenciam omnium testes producendi decernerentur, productique super consciencias suas[5]) et iureiurando fundum illum ad predictos[6]) abbatem et conuentum pertinere asseuerarent, et pars aduersa non haberet quod contra testium assercionem veritate plenam posset excipere, nos per generalem sentenciam omnium ad hoc dignorum eundem fundum predictis abbati et conuentui adiudicauimus, et per viros honestos A et E conciues nostros eos in possessionem misimus corporalem.

Super quo actu presentes ei literas[7]) conscribi iussimus, ciuitatis nostre sigilli munimine roboratas, testibus ydoneis subnotatis, quorum hec sunt nomina etc.

Actum anno domini etc.

5) De arbitris et formis arbitriorum.

Si vero lis non possit terminari nisi per arbitros, tunc talis erit forma.

Arbiter vocatur ille quem ambe partes ad hoc eligunt vt litem terminet iuxta[8]) arbitrium suum. et vocatur wlgariter ein schidman.[9]) vel si plures fuerint, tunc vocantur schidlevt.[10])

---

1) B und C haben hier blos *O.*
2) B und C: *ciuium wiennensis ciuitatis.*
3) B und C: *verteretur.*
4) In B und C lautet diese stelle: *domus per x et xx annos.*
5) In B und C fehlt *suas.*
6) B und C: *predictum.*
7) B und C: *litteram.*
8) B und C: *secundum.*
9) B: *schiedman.* C: *schiedmam.*
10) B und C: *schiedleut.*

Digitized by Google

Locus pretorii vrbani vocatur[1]) ein schranne, vbi videlicet iudicia exercentur.

Sic ergo scribetis.

Nos Otto[2]) iudex et vniuersitas ciuitatis wiennensis vniuersis presencium inspectoribus declaramus, quod — cum quedam lis inter viros religiosos abbatem et conuentum monasterii talis ex parte vna et H[3]) militem talem cognomine conciuem[4]) nostrum suosque heredes ex parte altera super circuitu cuiusdam nemoris circa locum talem aliquanto tempore verteretur, nec litis talis decisio de facili speraretur — tandem ex suggestu proborum hominum partes suas hinc inde interponencium pro bono pacis partes ambe in arbitros conpromiserunt,[5]) qui secundum dei timorem litem illam suo arbitrio terminarent.

Cum ergo predicti abbas et conuentus militem talem pro sua elegissent parte, pars vero aduersa Rudolfum conciuem nostrum[6]) pro se nominasset, et in hos duos partes ambe tanquam in legitimos arbitros conpromisissent[7]) ipsorum stare arbitrio, idque[8]) publico instrumento[9]) firmassent, tandem predicti arbitri conuenientes in hanc formam arbitrium emiserunt, vt videlicet predicti abbas et conuentus prenotato militi suisque heredibus xl talenta denariorum wiennensium infra hinc et proximum festum sancti Georii dare debeant, tali moderamine interiecto, vt in proximo festo natiuitatis domini xv talenta, in purificacione beate Marie virginis xv talenta, in die[10]) sancti Georii x prefatis militi et suis heredibus persoluantur. ipsum vero nemus ex nunc et in reliquum in possessionem predictorum abbatis et conuentus cessit, et sub iuste proprietatis tytulo ad eorum monasterium perpetuo pertinebit.

Quod si ante nominatam[11]) pecuniam predicti abbas et conuentus[12]) citra[13]) terminum sibi per arbitros constitutum non soluerint, non solum hoc presens arbitrium cassabitur, verum etiam eam pecuniam quam forte iuxta aliquantam porcionem soluerint omnino perdent,[14]) et causa

---

1) B: *est.* in C fehlt *vocatur.*
2) B und C haben blos *O.*
3) A: *H cognomento.*
4) B und C: *ciuem.*
5) B und C: *promiserunt.*
6) B und C: *H ciuem talem.*
7) B und C: *promisissent.*
8) B und C: *et hoc.*
9) A: *iuramento.*
10) B und C: *in festo.*
11) B und C: *notatam.*
12) A und C: *predictis abbati et conuentui.*
13) B und C: *circa.*
14) B und C: *perdant.*

Digitized by Google

cum lite sua in statum pristinum, quem ante arbitrium habuit reuertetur.

Ne vero alicui calumpnie in posterum locus pateat, formam arbitrii presentibus inpressam et sigillo ciuitatis nostre conmunitam ipsis arbitris reseruandam assignauimus, vt soluta pecunia et lite prorsus sopita litere demum super hoc negocio perpetue conscribantur.

Actum etc.

Hinc notate, quod talis forma non est perpetua, quoniam habet quasdam[1]) condiciones, que si seruate non fuerint, litera et arbitrium cassantur, et causa tota in statum pristinum retruditur.[2]) si videlicet pecunia non fuerit soluta.

Si autem condicio illa non esset ibi, set scriberetur quod pecunia esset soluta, tunc litera esset perpetua. nec est[3]) necesse aliam conscribi literam perpetuam.[4])

6) De modo exemplandi literas.

Item si literam domini pape vel imperatoris vel regis exemplare nos contingeret, ista esset forma.

Nos dei gracia B ratisponensis Vero patauiensis ecclesiarum episcopi notum facimus vniuersis presentes literas inspecturis, quod anno domini m°. etc. mense nouembris, domini Honorii pape quarti anno secundo, vidimus et tenuimus et diligenter inspeximus literam domini Alexandri pape quinti, serico bullatam, non abolitam, non abrasam, nec ex aliqua sui parte viciatam, set plene et fideliter continentem de verbo ad verbum omnia que inferius sunt expressa.

Alexander episcopus seruus seruorum dei etc. *omnia vsque ad finem. et tunc post totam literam subiungetur:*

In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus, anno et mense superius nominatis.[5])

Si autem litera imperatoris vel regis transscribenda est, oportet quod scribatur sub sigillis episcoporum vel ducum marchionum vel comitum, quia[6]) inferioribus personis vix adhiberetur[7]) fides, vt prelatis ecclesiasticis vel ministerialibus.

---

1) B und C: *aliquas.*
2) B und C: *reducetur.*
3) B und C: *esset.*
4) In den drei handschriften folgt nunmehr noch ein nicht daher gehöriger absatz, welchen wir unten im traktate de privilegiis 1 gleich als den ersten absatz auf s. 781 eingestellt haben.
5) B und C: *notatis.*
6) C: *et.*
7) B und C: *adhibetur.*

Digitized by Google

Talis ergo erit forma.

Nos Albertus dei gracia dux Austrie, H marchio talis,[1]) Albertus[2]) comes Tyrole, notum esse volumus[3]) vniuersis presentes literas inspecturis, quod anno domini etc.[4]) mense tali, anno iiii regni domini Friderici secundi[5]) serenissimi imperatoris[6]) romani et semper augusti, vidimus tenuimus et diligenter inspeximus literam imperatoris domini Friderici primi,[7]) aurea bulla signatam,[8]) non abolitam, non abrasam, et in nulla sui parte viciatam, set plene et fideliter continentem de verbo ad verbum omnia que inferius sunt expressa.

Fridericus dei gracia Romanorum imperator et semper augustus Sycilie et Ierusalem rex etc. vsque ad finem litere. et tunc subiungetur:

In cuius rei testimonium[9]) etc. *totum vt supra positum est.*

Notandum etiam, quod quandoque vnus ordo totus simul, sicut noster videlicet cysterciensis, vno gaudet priuilegio generaliter de aliquo papa vel imperatore super aliqua gracia vel libertate. et si illud priuilegium domus nostra, — scilicet Povmgartinperg[10]) — non haberet, set forsan habere vellet, possemus id de alia domo nostri ordinis accipere que illud haberet, et monstrare[11]) viris magnis, sicut duobus vel tribus episcopis. et cum ipsi hoc vidissent et legissent, tunc nos transscriberemus ipsum priuilegium de verbo ad verbum sub forma predicta, et ipsi episcopi apponerent[12]) sigilla ad transscriptum[13]) tale. et illud vellemus habere loco priuilegii.

Hoc etiam solet fieri, quando priuilegia nimia vetustate depereunt. tunc transscribimus[14]) sub sigillis autenticorum virorum sub forma quam predixi.[15])

7) Quid sit procuracio.

Notate etiam, quod quando in literis inuenietis hoc nomen „procuracio", per illud intelligitur expensa que debetur le-

1) B: *Nos Otto dux Babarie, H marchio, C.*
2) B und C haben hier: *C.*
3) B und C: *notum facimus.*
4) B und C: *m°. etc.*
5) B und C haben blos: *F.*
6) Von hier an bis *Friderici* einschliesslich ist in C ausgefallen.
7) B: *F serenissimi.*
8) C: *sigillatam.*
9) C: *testimonio.*
10) B: *Pavngarin* mit dem doppelten abkürzungsstriche über *tn.* C: *Paungartenpery.*
11) B und C: *acciperet, et monstraret illud.*
12) B: *ponerent.*
13) B: *scriptum.*
14) B und C: *transscribuntur.*
15) B und C: *forma predicta.*

Digitized by Google

gatis domini pape. legati enim[1]) possunt exigere a clero procuracionem sibi debitam iuxta formam quam eis papa constituit, vt videlicet in episcopatu patauiensi accipit forte legatus c marcas vel plus vel minus. et illa pecunia vocatur procuracio.

Ordo autem noster videlicet cysterciensis ab huiusmodi procuracionibus omnimodis est exemptus, quia nulli legato tenemur ad contribucionem procuratoriam.

8.

Dantur etiam maxime a personis secularibus litere diffidacionis, affidacionis,[2]) et assecuracionis.[3]) diffidare aliquem per literas est parti aduerse capitales inimicicias obicere. affidare autem et assecurare[4]) pene idem sunt. assecurare[4]) hominem est certum eum reddere quod non paciatur malum aliquod pro culpa conmissa.

9) De irregularitatibus.

Item in literis sepe occurrit verbum irregularitatis. vnde debetis etiam scire quid sit irregularitas.

Irregularitas est indignitas alicuius persone propter quam repellitur ab ordinibus sacris vel[5]) ab officiis diuinis vel ab actibus legittimis.

Actus autem legittimi sunt, quod homo possit accusare testificari militare et similia.

Contrahitur autem irregularitas quandoque a statu corporis, sicut quando corpus (diminutum vel) nimis est horridum, vt cecus mutus et surdus et carens naso vel manu, vel quando aliquod vicium est in corpore huic simile. talis non potest promoueri ad sacros ordines, eo quod corpus habeat diminutum[6]) vel nimis horridum.[7])

Quandoque etiam contrahitur irregularitas ex origine generis, sicut quando aliquis nascitur de clerico sacerdote, vel de moniali velata, vel de seruo. serws vocatur ille qui est proprius alicuius. tales racione fede natiuitatis non possunt promoueri, et repelluntur a legittimis actibus.

Aliquando contrahitur ex genere facti, sicut iudex — licet iuste occidat latronem — fit tamen irregularis. similiter qui contraxit[8]) cum vidua, vel qui bigamus est, vel si aliquis

1) B und C fügen noch bei: *domini pape.*
2) In A und B fehlt *affidacionis.*
3) B und C: *assecurionis.*
4) B und C: *assecutare.*
5) In C fehlt: *ab ordinibus sacris vel.*
6) B und C: *inminutum.*
7) In A lautet diese ganze stelle durch ausfall: *sicut quando corpus habeat diminutum vel nimis horridum.*
8) B: *contrahit.*

Digitized by Google

conparuit in facie ecclesie in sollempni penitencia. in hiis omnibus licet non sit peccatum, fiunt[1]) tamen irregulares, et non possunt promoueri ad sacros ordines.

Infames etiam sunt irregulares, vt fures, sacrilegi, sepulchrorum violatores, adulteri, periuri sollempni[2]) periurio, percussores patrum et matrum, homicide, raptores, incestuosi, malefici, venefici, heretici, symoniaci, in fide quoque suspecti, apostate a fide vel ab aliquo ordine. isti omnes infames sunt, et ipsa infamia excludit eos a legittimis actibus et ab ordinibus sacris.

Set notandum, quod aliud est infamia, et aliud infamacio.

Infamacio[3]) est et vocatur, quando aliquis de aliquo predictorum criminum infamatur vel pocius inculpatur, et est in ore omnium hominum, et tamen super eum nichil probatum est legittima probacione. et hoc modo Christus et Maria virgo et apostoli et multi alii inculpati sunt et infamati. et talis infamacio non solum nichil obest, set etiam[4]) multum prodest iustis, quia auget eis meritum ipsorum.

Infamia[5]) vero est, quando aliquis aliquod predictorum criminum fecit, et hoc in notorium transit.

Notorium autem est triplex, videlicet per sentenciam, per confessionem in iudicio extortam, et per rei euidenciam.

Crimen notorium fit per sentenciam, quando aliquis in iudicio accusatus reus esse conuincitur legittimis documentis, et sentencia contra eum profertur. talis iam per sentenciam notoriam criminosus et infamis habetur.

Secundo per confessionem fit crimen notorium, quando aliquis in iudicio sic vrgetur quod crimen confitetur. talis statim per confessionem notoriam infamis esse dicitur.

Tercio per rei euidenciam fit crimen notorium. sicut si aliquis fuisset leno vel hystrio xx annis, et hoc notorium esset populo, talis esset infamis nec per sentenciam nec per confessionem propriam, set per rei euidenciam,[6]) quia crimen suum constaret multis per facti[7]) euidenciam.

Ita ergo vt predictum est aliquis potest esse infamatus qui tamen non fit[8]) infamis, sicut Christus et multi sancti, vt predictum est.

1) B und C: *sunt.*
2) B: *sollempnes.*
3) Vor diesem abschnitte haben A B und C das rubrum: *quid sit infamacio.*
4) B und C: *et.*
5) Vor den nun folgenden absätzen hat A und C das rubrum: *quid sit infamia.*
6) In A ist von *fit crimen* an alles ausgefallen.
7) B und C: *rei.*
8) B und C: *est.*

Digitized by Google

10) Quid sit prescripcio.

Item quia nomen prescripcionis in literis aliquando inuenitur, notate quid sit „prescripcio".

Prescripcio est ius quoddam quod accipit robur et firmitatem ex longitudine temporis. et solet fieri in rebus inmobilibus, sicut in possessionibus, et decimis, et similibus.

In iure autem vrbano fit prescripcio tempore xxx annorum. sicut si aliquis per xxx annos possedit agrum vel predium quiete et sine omni inpeticione,[1]) ille posthac[2]) vendicaret sibi illam possessionem iure prescripcionis. nec aliquis actor posset eam[3]) inpetere, quia ille prescripsisset ei tempore xxx annorum.

In iure autem ecclesiastico nisi in xl annis non potest fieri prescripcio. vnde qui rem alienam per xl annos sine interrupcione et omni actione[4]) possedit, ille iam iure prescripcionis rem illam tenere perpetuo poterit.

Contra romanam tamen[5]) ecclesiam non fit prescripcio nisi in centum annis, pro eo quod ipsa est dignissima ecclesiarum omnium et mater.

Exiguntur autem quatuor ad veram prescripcionem.

Primum est bona fides, vt videlicet ille qui prescribit credat rem illam vere esse suam, vel in veritate illum credat fuisse verum dominum rei illius qui sibi eam tradidit, et habuisse ius eam sibi dandi, licet forte erret in facto. hec autem bona fides semper presumenda est, nisi probetur mala, sicut etiam ignorancia presumitur quamdiu sciencia non fuerit probata. quod si ille qui tibi rem tradidit habet malam fidem, tibi non nocet, dum modo tu credas eum habere bonam fidem. adhuc etiam bonam habes fidem, quando dubiam habes conscienciam de re in qua prescribis.

Secundum est iustus tytulus. tytulus autem vocatur in prescripcione illa causa ex qua incipis rem possidere, videlicet empcio vel permutacio vel donacio vel[6]) aliquid simile. est autem[7]) empcio vel permutacio vel donacio tytulus quo tu rem illam tenes in qua prescripsisti. aut enim ipsam emisti, aut conmutacione alterius rei eam comparasti, aut dono eam ab alio accepisti. nec inpedit pre-

1) C: *peticione.*
2) B: *post.* C: *post hec.*
3) B und C: *eum.*
4) B: *accusacione.*
5) B und C: *enim.*
6) Von hier an bis *donacio* einschliesslich ist in A ausgefallen.
7) C: *enim.*

Digitized by Google

Item cum misse ob reuerenciam consecracionis dominici sacramenti specialis reuerencia sit ab omnibus exhibenda, ad euagaciones sub ipsa plenius restringendas iniungitur vniuersis, vt quocienscunque due misse fuerint in conuentu a maiori missa nullus se presumat aliqualiter absentare, nisi ei hoc incumbat ex officio, vel licenciam habeat specialem. Contra venientes in capitulo proclamentur, et ibidem absque retractacione aliqua verberentur.

Sine rubro.

Item cum obtenta per surrepcionem licencia a prelato vel etiam tacita veritate reputetur ab eo qui cor respicit non obtenta, presentibus ordinamus, vt missa alicui pecunia vel exenia a quocumque domino abbati secundum regulam ostendantur. et tunc, si recipi iubeat, recipere poterit talenta sibi missa.

Qui contra venerit, propria consciencia accusante, se proprietatis notam nouerit incurrisse.

Vestes veteres.

Item receptis nouis vestibus, cum veteres[1]) restitui debeant in instanti, camerario firmiter inhibemus, ne nouas vestes tribuat cuicumque nisi reconsignet veteres in presenti pauperibus erogandas.[2])

Sine rubro.

Item ne peculiaritatis vicium alicui dominetur, priori firmiter duximus iniungendum, vt lecta scrutetur singulis mensibus omnium monachorum. et si quid in cuiusquam potestate repertum fuerit quod ab abbate nec datum fuerit nec concessum, tamquam proprietarius iuxta quantitatem rei que inuenta fuerit puniatur.

So folgen noch weiter vier kapitel, sämmtlich ohne überschriften.

1) Cod.: *vetera*.

2) Cod.: *erogandat*.

Digitized by Google

In hac (quarta) parte agitur de priuilegiis.

1) Priuilegium super locacione vinearum.

Nos etc. quod — cum vineta omnia domus nostre propriis sumptibus et expensis sufficienter ac debite colere non possemus, eo quod vinee nostris redditibus qui tenues sunt nimie videntur — cum sufficienti matura pariter et morosa deliberacione preambula non semel set sepius tractatum subscriptum iniuimus nostrorum abbatum amborum nostrorumque conuentuum pari consensu et concordi.

Ad huius itaque tractatus declaracionem nos nosterque conuentus recognoscimus et testamur, quod talis abbas nobis c libras in prompta pecunia assignabit, tali interueniente pacto vt de eisdem x libras certorum reddituum annuorum emere teneamur, quos quidem redditus ad opus — scilicet[1]) culturam vinearum talium — integraliter expendere seu conuertere debeamus in perpetuum annuatim.

2) Priuilegium super ordinacione a nobili viro facta, vt singulis sabbatis conuentui detur vinum competens.[2])

Nos etc. quod vir nobilis, circa laudem gloriose virginis ampliandam sue deuocionis affectum volens ostendere per effectum, quasdam possessiones . . nobis nostroque monasterio tradidit proprietatis titulo possidendas, hac pia intencione videlicet mediante, vt de prouentibus possessionum earundem vinum conpetens annis singulis conparetur, de quo sabbatis tocius anni ad laudem et gloriam ipsius virginis benedicte dimidia mensura vini monachis et conuersis singulis domus nostre perpetualiter ministretur, ad accendendum mentes nostras in laudem ampliorem ipsius virginis gloriose ob reuerenciam sabbati specialem que ei

1) Cod.: *ss.*

2) Cod.: *detur v?*

Digitized by Google

pro inconmutabilitate et firmitate fidei spiritualiter ab ecclesia dedicatur.

Ne igitur idem vir nobilis a sua deuocione fraudetur, vel promissio eadem ex parte nostra ei futuris temporibus infringatur, eidem promittimus firmiter et secure, ad hoc tam nos presentes quam et in futurum nobis succedentes perpetualiter obligantes, quod redditus bonorum prescriptorum in quantum se extendere poterunt et prout deo dante prouenerint annuatim in empcionem vini conpetentis fideliter conuertemus, quod etiam vinum ministrabimus monachis et conuersis diebus sabbatis in remedium et memoriam eiusdem secundum quod superius est expressum.

Datum etc.

3) Testamentum.

Nos etc. quod — cum infirmitate corporea pregrauati corrupcionis ac mortis nostre memores esse salubriter moneremur — tamquam verus christicola mori catholice cupientes, seueritatem districti iudicis ante obitum cupimus aliqualiter preuenire.

Ideoque, ne moriamur omnimodum inparati, deliberacione sufficiente prehabita,[1] de consensu pleno nostre coniugis et liberorum nostrorum omnium ordinauimus, et tenore presencium irretractabiliter ordinamus tamquam in vltima et inuariabili voluntate, ut possessiones . . tantum soluentes tali, de cuius fide et circumspectione presumimus, per sex annos conputandos a tempore mortis nostre fideliter et integraliter assignentur. de quibus idem preuia racione satisfacere debet hiis quos lesimus ac dampnificauimus et quibus existimus debitores, prout eorum quantitas se extendit. dare etiam debet eosdem redditus ac prouentus piis locis ac personis miserabilibus, secundum quod saluti nostre anime visum ei fuerit expedire.

Datum etc.

4) Priuilegium a ciuibus datum super exempcione religiosorum a se facta.

Nos iudices consules scabini et vniuersitas ciuium ciuitatis talis etc. quod consilio prehabito prouido et maturo, ac consensu[2] expresso tocius vniuersitatis nostre vnanimiter accedente, viris religiosis talibus de fauore beniuolencie

1) Die handschrift hat *deliber. suf. preh.*

2) Cod.: *consilio preh. prodo. et ma. ac conss.* (mit übergeschriebenem *v.*)

Digitized by Google

specialis quem ipsis gerimus dedimus ac tenore presencium damus liberam facultatem,[1]) vt in nostra ciuitate domum seu mansionem suis aptam vsibus construere valeant, quandocumque et proutcumque ipsis videbitur expedire, rogantes ipsis inuiolabiliter hoc concessum, quod in ciuitate nostra iure ciuilitatis nostre quod wlgo burgerreht dicitur sicut vnus ex nostris ciuibus dignioribus gaudebunt et gaudere debent integraliter atque plene, sic vt a nobis in violencia qualibet et iniuria pro nostre possibilitatis modulo deffendantur sicut nostri conciues debent merito deffensari.

A tributis quoque, theloneis, angariis et seruiciis, quocumque nomine censeantur, sint inmunes perpetim et exempti hii quos in dicta domo posuerint in futurum.

5) Priuilegium ciuitatis datum religiositati[2]) super exempcione.

Quoniam omnis conmunitas boni gracia noscitur instituta, tanto bonum ciuitatis plus proficit[3]) quanto ad dei famulos pietatis ac religionis intuitu copiosis beneficiis se diffundit.

Nouerint igitur vniuersi litteras has visuri, quod nos vniuersi et singuli religiosos viros .. talis, conmuni ac maturo consilio prehabito,[4]) cum rebus omnibus et personis que ad nostrum territorium peruenerint[5]) quoquo modo, eos ex nunc recipimus in nostros fratres pariter et conciues.

Verum quia beneficiorum nostrorum largitate volumus eos non decipi set iuuari, liberam facultatem ipsis damus et concedimus conparandi vendendi et auctoritate propria occupandi habendi tenendi pariter et vtendi domos duas contiguas quas maluerint intra muros vel extra, cum omnibus finibus terminis spaciis fundis et attinenciis, et in eisdem edificandi et construendi quidquid ad conmodum ipsorum pertinet et ad vsum.

Preterea damus et concedimus dictis . . plenam potestatem in eodem suo domicilio locandi semper personas seculares vel religiosas, que nomine suo presint, quecumque ipsis vise fuerint expedire, vndecumque fuerint, hoc excepto quod de nostris ciuibus nullum sine nostro speciali consensu inibi recipient vel locabunt.

---

1) Cod.: *ac. te. pre. da. liber. fa.*
2) Cod.: *reli. ase*, mit einem vermuthlich zunächst zum *reli* gehörigen übergeschriebenen *is* wie es den anschein hat.
3) Cod.: *perficit.*
4) Cod.: *ac ma. c. preh.*
5) Cod.: *peruenerunt.*

Digitized by Google

Porro ipsum monasterium, seu persone que domicilium inhabitauerint prenotatum, empcionis[1]) vendicionis et aliis iuribus et conmunitatibus fori et ciuitatis ex hac nostra concessione gaudebunt, nostra deffensione et tuicione, quemadmodum vnus nostrum.

Ipsos, res eorum, et personas que nomine ipsorum habitauerint hic nobiscum ab omnibus theloneis pedagiis exactionibus prestacionibus muneribus et angariis quibuscumque tam extra ciuitatem quam intra, tam paruis quam magnis, tam inpositis quam inponendis, eximimus et absoluimus in perpetuum hiis in scriptis, nisi quod singulis annis de ipso suo domicilio prelibato et suis attinenciis omnibus nobis vna libra hallensium solui debet.

6) Priuilegium empcionis cuiusdam ville.

Nos etc. quod nos onere debitorum pregrauati, quibus accrescebant dampna grauia et vsure, nec habentes bona mobilia, per quorum distractionem huiusmodi debita soluere valeremus, preambula matura deliberacione et consilio nostrorum fidelium, accedente nichilominus ad hoc expresso consensu .. talium, coadunata quoque manu eorundem, ipsi nobiscum et nos cum ipsis villam talem, que ad nos iure proprietatis pertinebat, rite et racionabiliter vendidimus ac vendendo tradidimus, cum omnibus suis terminis, iuribus, pertinenciis, libertatibus, ac exempcionibus vniuersis, quas vel nunc habet vel quas habuit vel habere debuit ab antiquo, cumque omni vsu actione et requisicione in ipsa villa vel extra villam, cum ortis, agris, cultis et incultis, siluis, pascuis, pratis, aquis, viis et inuiis, quesitis et inquirendis, cum iudicio et pastoria et noualibus excisis ibidem, et omnibus hominibus vtriusque sexus tam paruulis quam prouectis ad nos qualitercumque pertinentibus de facto de consuetudine vel de iure, nichil nobis vel nostris heredibus aut successoribus quibuscumque in parte vel in toto iuris siue requisicionis penitus reseruantes, in tantum quod neque res neque persone predicte nobis in aliquo tenebuntur neque ad tallias siue steuras, neque[2]) ad herbergas seu exactiones aliquas, neque ad aliqua munera, quocumque iure vel nomine censeantur, excepto solum modo iure patronatus ecclesie parrochialis, quod nobis reseruantes ab hac generalitate excipimus nominatim.

1) Cod.: *exempcionis.* 2) Cod.: *ne.*

Digitized by Google

Volumus etiam vt nullus officialium nostrorum aut heredum nostrorum in personas et res colonorum[1]) omnium predictam villam colencium in presenti vel etiam in futurum vllum possint aut debeant iudicium penitus exercere. nec penas pecuniarias quas ex transgressione statutorum seu inhibicionum officialium omnium iidem coloni inciderint perpetualiter in futurum et eo iure quod wlgariter dicitur aeinunge vllo modo recipiant ab eisdem, set officiales monasterii talis .. quicumque pro tempore fuerint penas huiusmodi sorcientur.

Nec quidquam aliud de colonis predictis nostris officialibus licebit exigere vel etiam extorquere racione iudicii cuiuscumque, exceptis dumtaxat casibus super quibus in nostro prouinciali iudicio coram nobis aut rite nostro loco et nomine presidentibus ab aliquo fuerint inpetiti. in hiis siquidem casibus tantum ea dispendia rerum vel personarum sustinebunt secundum quod lata contra eos sentencia tunc dictabit, saluo eo iure quod — quicquit de debitis censibus et iuribus que wlgariter dicunt huobrihtte vel wegelos fuerint ipsis debitores et aliis debitis et talliis[2]) quocumque nomine censeantur — nec nos aut nostri officiales contingere debeant nec sibi aliquatenus vsurpare.

Renunciamus igitur excepcioni non dati, non numerati, non soluti, vel minoris precii, doli mali actioni, et vniuersaliter omni excepcioni cuius deberet fieri expressio seu mencio specialis, per quam contractus predictus infringi posset aliqualiter vel rescindi, obligantes nos sub ypoteca omnium bonorum nostrorum ad tuicionem et deffensionem omnium premissorum cum omnibus suis clausulis et articulis prelibatis, ita quod nos neque per nos neque per alios quoscumque directe vel indirecte de iure vel de facto vllam nunquam eis faciemus controuersiam, nec aliquam mouebimus questionem, nec moueri quantum prohibere bona fide possumus ab alio aliquo paciemur, nec eos grauabimus aut grauari permittemus in aliquo predictorum.

Si vero, quod absit, contra predicta vel aliqua predictorum per quamcumque vel quascumque personas fuerit aliquid attemptatum, culpa negligencia siue dolo, nos sub eadem ypoteca tenebimur ad soluendum eis omnes expensas occasione horum factas, et ad omnia dampna ac etiam interesse, quibus solutis vel non solutis omnia premissa et singula premissorum rata firma et integra perpetuo perdurabunt.

1) Cod.: *colonum.* 2) Cod.: *et aliis.*

Digitized by Google

Contractu autem sic plenarie consummato, ex speciali tamen fauore iidem nobis dederunt liberam facultatem villam prenominatam infra biennium a die contractus initi pro . . libris hallensium retinendi.

Quamuis autem concesso nobis reempcionis predicto biennio dudum elapso ius reemendi villam predictam nobis iam minime conpetat vel facultas, ipsi tamen ad hoc vt villam prelibatam possideant et teneant de nostre voluntatis beneplacito pleniori memoratis .. libris hallensium empcionis principalis c libras hallensium addiderunt, quas etiam nobis persoluerunt in pecunia numerata. quibus et receptis ab eisdem, non solum contractum empcionis eiusdem ville dudum factum ratum et gratum habemus, set etiam ipsam cum vniuersis iuribus suis de nouo predictis . . dedimus perpetuo possidendam, renunciantes tam pro nobis quam heredibus nostris omni iuri seu facultati reempcionis, que nobis in prefata villa conpetere poterat quouis modo, renunciantes nichilominus omnibus litteris vel promissis que super reempcione ipsius ville recepimus ab ipsis, omnique actioni rei et legi per quam vel per que presens instrumentum contractus vendicio tradicio vel renunciacio inpediri posset in posterum aut modo quolibet inpugnari.

7) Priuilegium generale empcionis et vendicionis.

In nomine domini amen.

Nos . . comes talis tenore presencium recognoscimus confitemur et constare volumus vniuersis tam presentibus quam futuris has litteras inspecturis, quod maturo consilio[1]) preambulo, ac coadunata manu dilecte coniugis nostre, et liberorum nostrorum omnium expresso consensu vnanimiter accedente, et aliorum omnium quorum intererat in hoc consentire, quod pregrauati onere debitorum et ad eadem debita consultius persoluenda venerabilibus viris domino . . abbati et conuentui tali cysterciensis ordinis augustane dyocesis villam talem iuxta fluuium talem sitam, que ad nos iusto proprietatis titulo pertinebat, pro m libris, quas et nos in parata pecunia recognoscimus percepisse, et in vsus nostros vtiles vel in solucionem debitorum nostrorum vtiliter conuertisse, rite et racionabiliter vendidimus ac vendendo tradidimus, cum vniuersis iuribus suis et pertinenciis

1) Cod.: *ma. cons.* mit jedesmal übergesetztem o.

Digitized by Google

quibuscumque quibus actenus pertinebat, videlicet agris, pratis, pascuis, siluetis, rubetis, ortis, aquis et aquarum decursibus, terris cultis et incultis, viis et inuiis, quesitis et inquirendis, proprietatis titulo perpetualiter possidendam, transferentes in eosdem et suum monasterium ex nunc simpliciter atque plene possessionem ac omne ius et vsum ville predicte cum suis adiacentibus, ita quod ius patronatus ecclesie dicte ville cum vniuersitate et omnibus hominibus ad ipsam villam vel ecclesiam pertinentibus transeat absolute cum omnibus iuribus et pertinenciis aliis, quocumque nomine valeant conprehendi, que nobis de iure vel de facto siue de conswetudine ex obligacione vel ypoteca vel aliter qualitercumque attinebant vel ad nos pertinere quomodolibet videbantur.

Renunciamus igitur tam pro nobis quam pro nostris heredibus siue successoribus vniuersis excepcioni non dats non numerati precii vel soluti, renunciantes nichilominu- omnibus indulgenciis rescriptis litteris priuilegiis instrumentis a sede apostolica ab inperatoribus seu regibus quibuscumque vel ab aliis iudicibus aut quibuslibet hominibus inpetratis vel etiam inpetrandis, renunciantes quoque benei ficio restitucionis in integrum, omnique rei et legi per quam vel per que presens contractus instrumentum vel factum inpugnari possent in posterum vel etiam inpediri, renunciantes nichilominus omni iuris auxilio canonici vel ciuilis, mittentes eos ex nunc in corporalem possessionem bonorum omnium et iurium predictorum, fide data fideliter promittentes possessionem et vsum et omne ius bonorum vel possessionum predictarum predictis abbati et conuentui ab omnibus ad nos pertinentibus deffendere plena fide, eosdem nec per nos nec per aliquem alium nobis subiectum de iure vel de facto vllatenus offensuri.

Et vt eisdem, domino abbati et conuentui monasterii eiusdem, de satisfactione quod wlgo gewerschaft dicitur plenius caueatur, eisdem promittimus firmiter in hiis scriptis, sub ypoteca rerum nostrarum omnium ad hoc nos ipsis firmiter obligantes, quod — si bona vel possessiones ville predicte a quoquam hominum in parte vel in toto in quouis iudicio fuerint inpetita — nos ea ipsis quociens nos vel nostri heredes de hoc fuerimus requisiti sine dampno ipsorum quolibet absoluemus, de vicio et euictione ipsis cauentes fideliter in supradictis bonis et iuribus omnibus secundum terre conswetudinem et iuris prouincialis debitam racionem.

Datum etc.

Digitized by Google

8) Priuilegium capituli generalis super confirmacione paternitatis talis monasterii.

Nos frater .. abbas Cystercii totusque conuentus diffinitorum et abbatum capituli generalis etc. quod — cum quedam abbacia nostri ordinis . . propter onera debitorum contracta multis temporibus retroactis collapsa plurimum ad statum tam miserabilem deuenisset, quod licet conuentus dispersus fuisset per tot annos et amplius, minime respiraret, immo sublata videretur quodammodo facultas et fiducia resurgendi — venerabilis coabbas . . talis, cuius erat filia dicta domus, nec valens ei succurrere nec volens eius excidium sustinere, de consilio et pleno consensu venerabilium abbatum talium vna cum conuentu et patribus supradictis supplicauit precibus instantissimis et deuotis venerabili abbati tali et conuentui, vt propter deum et oracionis reuerenciam succurrere dignaretur domui desolate, sperans quod per ipsorum sollicitudinem ac vigilantem industriam resurgere posset aliqualiter dicta domus, si tamen manum apponerent efficaciter adiutricem.

Qua supplicacione moti, pietatis affectu abbas et conuentus talis manum apposuerunt, et primo anno omnia debita dicte domus currencia ad vsuras de pecunia eis mutuata liberaliter persoluerunt, et domum collapsam penitus in tali statu posuerunt, quod spes primitus sublata reuixit et domus resurgere iam incepit.

Quod videns pater talis, coram nobis in generali capitulo congregatis de consensu sui conuentus et patrum predictorum volens istis beneficiis aliqualiter respondere, renunciauit tam pro se quam pro suo conuentu et successoribus eorundem paternitati domus talis, quam pacifice et quiete domus talis longi temporis prescripcione habuerat et possederat ab antiquo, transferens eandem paternitatem cum omni iure quo ipse et domus sua eam habuerat, cum omnibus appendiciis et iuribus que ipsi conpetebant in dicta domo tali vel conpetere videbantur, renuncians nichilominus tam pro se quam pro suo conuentu pure simpliciter et precise omni iuris auxilio canonici vel ciuilis, beneficio restitucionis in integrum, et omni plane actioni per quam dicte paternitatis translacio siue pura donacio tam sollempniter facta in capitulo generali posset vel debeat inpediri aliqualiter vel infringi.

Cum igitur generale capitulum se consweuerit exhibere negociis graciosis et fauorabilibus graciosum, translacionem

Digitized by Google

donacionem domus talis ab abbate tali et conuentu factam abbati tali non solum concorditer approbamus, verum etiam a generali capitulo datam presentis scripti testimonio valituram in perpetuum confirmamus, inhibentes firmiter et districte auctoritate capituli generalis, ne aliqua persona ordinis[1]) hunc processum per diffinitiuam[2]) sentenciam ordinis approbatum audeat aliquatenus inmutare, aut monasterium super paternitate domus talis futuris temporibus aliqualiter perturbare.

In horum igitur euidens argumentum et noticiam pleniorem presentes litteras assignauimus supradicto abbati et conuentui tali, sigillo generalis capituli fideliter roboratas.

Datum etc.

9) Confirmacio super feodo empto.

Nos talis etc. quod — cum talis possessiones quasdam viris religiosis talibus, sana deliberacione prehabita, accedente voluntate et consensu expresso omnium quorum in hoc intererat consentire, pro quadam certa summa pecunie, quam et receptam in vsus suos vtiles conuertit, rite et racionabiliter vendidisset, nec in eosdem ius proprietatis possessionum earundem transferre libere potuisset, eo quod ipsas a nobis teneret titulo feodali — nos in anime nostre remedium et in laudem virginis gloriose contractum eundem ratum et gratum habentes, ipsumque plene et integraliter approbantes, eisdem (domino abbati et conuentui ac monasterio eorundem) predictas possessiones seu bona omnia et singula prenotata approprietauimus et tenore presencium approprietamus, recognoscentes simpliciter atque pure ipsa bona cum suis pertinenciis vsibus et iuribus quibuscumque nos predicto domino abbati plene et integre tradidisse proprietatis titulo perpetuo possidendas, ac in eosdem ex nunc omne ius proprietatis ac dominii pleno iure perpetuo transtulisse.

10) Confirmacio quorundam priuilegiorum et renunciacio super inpeticione quarundam possessionum.

Nos talis etc. quod — licet felicis recordacionis pater noster talis quasdam possessiones talibus vendidisset, nos tamen in ipsis bonis credentes nobis conpetere actionem — eisdem anno et die tali super eisdem possessionibus mouimus questionem.

1) Cod.: *cordis.* 2) Cod.: *diffinitam.*

Digitized by Google

Qua aliquanto temporis spacio sic pendente, tandem proborum virorum consilio mediante, acceptis ab eis lx libris hallensium monete dapsilis in pecunia numerata, quam et in vsus nostros vtiles nos recognoscimus expendisse, liti seu questioni eidem cessimus voluntarie libere simpliciter atque plene. contractum empcionis premisse dudum legittime vt premisimus celebratum ratum et gratum habentes, eum valiturum in perpetuum presentibus confirmamus, ita sane vt nil nobis aut nostris heredibus quibuslibet proprietatis possessionis dominii vtilitatis seruicii vsus aut iuris alterius cuiuscumque, quocumque nomine valeat conprehendi, in ipsis[1]) bonis penitus reseruemus, set iidem eas possideant cum omnibus suis iuribus proprietatis titulo[2]) pleno iure, questione prehabita eis per nos mota vel que moueri eis posset in posterum nobis vel nostris heredibus non obstante.

Datum etc.

11) Priuilegium super vendicione pensionis.

Nos frater talis etc. quod deliberacione matura et prouida preeunte, voluntate quoque et consensu omnium nostrum vnanimiter concurrente, talibus sororibus vterinis prouentus seu redditus omnes curie nostre talis pro x libris, quas et recepimus ab eisdem, rite et racionabiliter vendidimus, et vendendo nos ipsis daturos promisimus fideliter sine fraude pro tempore vite ipsarum tantummodo nomine pensionis cum fortuitis casibus, id est prout deo dante prouenerunt annuatim, ita sane vt — si, quod absit, anno aliquo racione depredacionis adustionis grandinis tempestatis vel alterius infortunii quod emerserit cuiuscumque curia predicta soluere non potuerit redditus debitos et conswetos — dampnum quod exinde in subtractione reddituum euenerit equanimiter debeant sustinere.

Porro altera earundem qualibet defuncta, medietas pensionis predicte ex tunc ad nostram ecclesiam libere reuertetur.

Ambabus vero viam vniuerse carnis ingressis, ex tunc ecclesia nostra ab omni pensione predicta penitus absoluta, ipsa pensio totaliter atque plene ad vsus nostros nostreque ecclesie redibit integre cum suis vsibus et vtilitatibus vniuersis.

Datum etc.

1) Cod.: *val. conpre. etiam ipsis.* 2) Im cod. fehlt *titulo.*

Digitized by Google

12) Priuilegium super collacione feodi censualis.

Nos frater etc. quod — cum tale predium, quod talis a nobis tenucrat titulo feodi censualis, per mortem illius nobis vacaret, *vel* per renunciacionem illius factam ad manus nostras voluntarie, et esset nobis libere absolutum — deliberacione sufficiente prehabita, tali suisque liberis et heredibus vniuersis ex certa sciencia contulimus, et conferimus per presentes, tenendum a nobis vtendum pariter et fruendum titulo feodi censualis, ita sane vt tam ipse C quam heredum seu successorum suorum quilibet qui in dicto feodo censuali sibi successerint in futurum in recognicionem nostre proprietatis vnam libram cere census nomine in festo tali nobis soluat in perpetuum annuatim.

Quod si in eodem festo vel infra octauam ipsius vel ipse C aut successorum suorum aliquis nobis non soluerit, vt est dictum, ex tunc lege pacti habiti predictum predium nobis sit penitus absolutum, ita vt nichil iuris ipsis remaneat in eodem.

Datum etc.

13) Recognicio super pecunia mutuata.

Nos frater etc. quod ad nostre peticionis instanciam diligentem talis amicus noster, motus propria pietate, summam c librarum nobis mutuauit in pecunia dapsili numerata.

Quam etiam pecuniam recipientes integraliter ab eodem, eam sibi restituemus et restituere tenebimur in festo tali proxime nunc venturo.

Quod si neglexerimus vel distulerimus adinplere, cum ab ipso de hoc fuerimus requisiti, ex tunc aput iudeos vel etiam christianos predictam summam pecunie recipiet ad vsuras. nosque tam ad sortem principalem pecunie prenotate, quam etiam ad excrescenciam vsurarum, ac ad omne dampnum et interesse quod eundem habere contigerit occasione eiusdem pecunie mutuate eidem erimus obligati.

Et ad hoc ipsi suisque heredibus fideliter exequendum nos nostrumque monasterium presentibus obligamus.

Datum etc.

14) Priuilegium super deposito.

Nos frater etc. quod vir honorificus talis, de nostra gerens fide confidenciam specialem, c libras hallenses tali die et tali loco in depositi nomine nostre[1]) fidei reconmisit.

1) In der handschrift ist *nostre* ausgefallen.

Digitized by Google

Quam etiam pecuniam recipientes in predicto librarum numero ab eodem, eam sibi restituemus et restituere tenebimur plena fide quandocumque de hoc per ipsum aut per certum suum nuncium fuerimus requisiti.

Testes vero presentacioni seu assignacioni huius depositi presentes aderant. hii sunt etc.

15) Priuilegium super vendicione et empcione.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis E minister consules et scabini conmunitatis ciuium talis ciuitatis salutem et noticiam subscriptorum.

Notum facimus omnibus per presentes, quod H talis conciuis noster et B vxor eius in nostra presencia constituti, domum suam — *vel* vineam — in tali loco sitam ipsis proprietatis titulo attinentem domino abbati et conuentui talis monasterii pro c libris hallensium iam sibi traditis et solutis in pecunia numerata se recognouerunt, deliberacione matura preuia, ex certa sciencia rite et racionabiliter vendidisse, coram nobis corporali prestito iuramento, quod contra huiusmodi vendicionem seu quittacionem nunquam per se vel per alium iure hereditario racione dotis vel dotalicii[1]) seu alio quocumque modo non venirent in futurum, et quod in supradicta vendicione abbati et conuentui memoratis cauebunt de vicio et euictione, et liberabunt ab inpeticione qualibet iuxta terre conswetudinem et iuris prouincialis debitam racionem.

De qua etiam satisdacione seu garandia — quod wlgo gewerschaft dicitur — iidem H et B se et sua mobilia et inmobilia specialiter obligarunt, et suos heredes relinquunt eisdem abbati et conuentui et eorum monasterio obligatos, ad hoc quod — si dictam vineam, *vel* vendicionem predictam, ab aliquo vel aliquibus contingeret retrahi vel reuinci — in penam retractacionis contractus huiusmodi eidem conuentui erunt in c libras hallensium obligati, renunciantes iidem nichilominus coram nobis omni iuris auxilio canonici vel ciuilis et omnibus excepcionibus que dictis abbati et conuentui possent in facto isto vel contractu inito et legittime celebrato preiudicare aliqualiter vel nocere.

Prefata vero mulier specialiter et expresse confessa fuit publice coram nobis, quod hanc vendicionem approbabat et eidem consenciebat, mota propria ac spontanea voluntate, non coacta, et renuncians expresse priuilegio dotis

1) Cod.: *donarii.*

Digitized by Google

seu dotalicii, auxilio velleiani, et omni iuri pro mulieribus introducto quod dictis emptoribus nocere posset aliqualiter et mulieri predicte posset in hoc facto quomodolibet suffragari.

Datum etc.

16) Priuilegium super vendicione bladi et vini.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Fridericus dei gracia episcopus ecclesie augustane salutem et fidem adhibere credulam subnotatis.

Notum facimus omnibus et singulis per presentes, quod H talis in nostra presencia constitutus recognouit, se rite et racionabiliter vendidisse pro c libris iam sibi solutis in pecunia numerata — prout ipse venditor est confessus — Ch tali x modios frumenti, *vel* carratas vini, ad mensuram de tali loco, de vinea sita in tali loco percipiendos annuatim de vino primo eliquato sine separacione vindemie, *vel* de blado quale crescit in predicta terra sine separacione bladi, ad percepcionem predictorum x modiorum integram atque plenam quamdiu dictus Ch vixerit nomine pensionis. post eius autem decessum dicta vinea, *vel* dicta terra, memorato H et eius heredibus erit integraliter absoluta.

Sane memorie conmendandum, quod dictus Ch aut ille qui dictam vineam tenebit ipsam vindemiare non poterit vel debebit, nisi prius hoc eidem H precedenti die duxerit intimandum.

Et si forte contingeret dictam vineam, *vel* dictam terram, non afferre tantum vini, *vel* bladi, quod ex ea solui non possint x modii prenotati, dictus H aut ille qui tenebit dictam terram tenebitur soluere Ch memorato emptori pro quolibet modio deficienti x solidos hallenses in pecunia numerata.

Et de hiis omnibus tenendis firmiter et fideliter adinplendis et de recta garandia seu solucione super hoc dicto Ch fideliter facienda sepe dictus H in manu nostra nomine iuramenti fidem prestitit corporalem.

Datum etc.

17) Priuilegium super recognicione debiti vel mutui.

Vniuersis etc. notum facimus, quod in nostra presencia constitutus Ch de tali loco canonicus publice recognouit, se debere et soluere teneri H tali c libras ex causa mutui

Digitized by Google

sibi facti. quam pecunie summam promisit se redditurum in tali loco dicto H die tali sine vlteriori dilacione aliqualiter concedenda.

Promisit etiam dictus Ch coram nobis, se restauraturum eidem H ex integro omnia dampna deperdita expensas et interesse, si que pro defectu solucionis predicte eum sustinere contigerit quoquo modo, stando et credendo super hiis omnibus eiusdem H simplici iuramento vel procuratoriis suis sine probacione alia qualicumque.

Insuper quantum ad premissa omnia et singula tenenda et fideliter adinplenda obligauit idem Ch specialiter et expresse bona sua vniuersa mobilia et inmobilia, presencia et futura, ecclesiastica et mundana, eidem H prenotato, renuncians expresse excepcioni non numerate pecunie, non tradite, non recepte, vel etiam non solute, renuncians nichilominus omnibus priuilegiis et indulgenciis et litteris apostolicis et aliis generalibus et specialibus inpetrandis vel etiam inpetratis, omnibus excepcionibus realibus et personalibus, loci et temporis, facti et iuris canonici et ciuilis, et omnibus que possent obici contra hoc instrumentum vel factum.

Omnia et singula supradicta promisit dictus Ch coram nobis corporali prestito iuramento firmiter tenere et fideliter adinplere, et nulla de causa per se vel per alium contrauenire quomodolibet in futurum.

In cuius rei etc. Datum etc.

18) Priuilegium super collacione beneficii ad prebendam.

Fridericus dei gracia episcopus talis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis salutem et plenam noticiam omnium subscriptorum.

Exposcit inter alia debitum officii pastoralis, vt ea que ad sacre religionis fomentum ac diuini nominis cultum pertinere noscuntur nostre promocionis ac procuracionis studio recipiant incrementum.

Ea propter scire volumus vniuersos presencium inspectores presentes pariter et futuros, quod — cum ius patronatus ecclesie talis nostre dyocesis iam pridem in venerabiles et in Christo dilectos dominum .. abbatem et conuentum monasterii talis ordinis talis predicte nostre dyocesis per donacionem simplicem et sollempnem domini .. talis iusto donacionis titulo rite et legittime sit translatum, vt

Digitized by Google

ex translacione huiusmodi idem abbas et conuentus amplioris vtilitatis conmodum ac conmoditatis vberioris assequantur effectum — ob religionis fauorem quem principaliter attendimus in hac parte, et nichilominus ob amorem specialem quo ipsum locum et personas prosequimur ex affectu, de voluntate consilio et assensu vnanimi tocius nostri capituli et concordi, interueniente quoque sollempnitatis contractu qui in talibus interuenire consweuit, predictam parrochialem ecclesiam talem cum vniuersis suis fructibus decimis prouentibus obuencionibus et attinenciis quibuscumque quesitis et inquirendis eidem domino abbati et conuentui ac per eos monasterio suo in perpetuos vsus prebendarum suarum donacione sollempni donauimus ex nunc plene et simpliciter ac donamus, concessimus ac concedimus, tradidimus et tradimus, tenendam vtendam pariter et fruendam perpetualiterque regendam in temporalibus ac pacifice possidendam, saluo tamen eiusdem parrochie nunc rectori in omnibus et per omnia iure suo, cui ex huiusmodi donacione nostra nullum in vita sua preiudicium volumus generari.

Hanc insuper condicionem in ipsa donacione interposuimus per presentes inuiolabiliter obseruandam, vt videlicet — postquam ipsa parrochia vacare ceperit ab eodem — ex tunc dominus abbas et conuentus predicti monasterii nobis deinceps et nostris successoribus ad eandem ecclesiam presentent ydoneum clericum secularem pro perpetuo vicario instituendo ibidem et inuestiendo cura debita animarum, cui etiam perpetuo vicario de prouentibus eiusdem ecclesie porcionem assignent adeo conpetentem, de qua iura episcopalia et archydiaconalia exsoluere et hospitalitatem seruare et honorifice valeat sustentari.

Et in horum omnium robur et euidens testimonium presentem litteram eidem abbati et conuentui ac eorum monasterio dedimus, sigillorum nostri ac nostri capituli munimine roboratam.

Nos vero . . prepositus . . decanus totumque capitulum . . ecclesie prelibatum recognoscimus, hec omnia vt prescriptum est sic veraciter se habere: et in ipsius veritatis euidenciam hanc presentem litteram sigilli nostri caractere ex certa sciencia fecimus roborari.

19) Indulgencia pape vel episcopi generalis.

H dei gracia episcopus talis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino.

Digitized by Google

Quoniam, vt ait apostolus, omnes astabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu in celum recolligere debeamus, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam.

Cum igitur ad sustentacionem fratrum et egenorum confluencium ad tale hospitale — *vel sic:* cum .. tales monasterium inceperint opere sumptuosum, nec ad consummacionem ipsius proprie suppetant facultates — vniuersitatem vestram monemus rogamus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a deo collatis eisdem caritatis grata subsidia conferatis — *vel* erogetis, *vel* per subuencionem vestram ipsorum inopia subleuetur — et vos per hec et alia bona que domino feceritis inspirante ad eterna possitis gaudia peruenire.

Nos enim vere penitentibus et confessis qui eidem hospitali pias elemosinas et grata subsidia contulerint — *vel sic:* ad predictum opus manum porrexerint adiutricem — de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum [1]) Petri et Pauli auctoritate confisi, xl dies terminalium de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus; insuper vota fracta, si ad ea redierint, offensas patrum et matrum sine manuum iniectione, transgressiones iuramenti et fidei sine proximi lesione; adicientes quod omnes indulgencias — quas pro eodem hospitali reuerendi patres quicumque archyepiscopi vel episcopi, graciam sedis apostolice habentes, duxerint faciendas — gratas et ratas habebimus et habemus.

20) Alia indulgencia.

Fridericus dei gracia episcopus etc.

Licet is, de cuius munere venit vt sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota, bene seruientibus multo [2]) maiora retribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes domino reddere populum accepta-

1) In der handschrift fehlt *apostolorum.*

2) Cod.: *multa.*

Digitized by Google

bilem, fideles Christi ad conplacendum ei quasi quibusdam illectiuis muneribus[1]) — indulgenciis scilicet et remissionibus — inuitamus, vt exinde reddantur diuine gracie apciores.[2])

Cupientes igitur, vt ecclesia *vel* locus[3]) talis congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis qui locum talem *vel* ecclesiam . . die dedicacionis *vel* die anniuersaria dedicacionis *vel* die talis sollempnitatis venerabiliter visitauerint[4]) annuatim de omnipotentis dei etc.

21) Indulgencia episcopi.

A dei gracia episcopus talis vniuersis etc.

Cum tales, abbas et fratres religionis talis, ad edificacionem talis operis in tali loco intendant, et tante edificacionis sumptibus propter alia pietatis opera eisdem proprie non suppetant facultates, nos tam pii etc.

22) Forma littere dimissorie.

Vniuersis Christi fidelibus ecclesiarum prelatis, ad quorum audienciam presentes littere peruenerint,[5]) talis episcopus salutem in domino.

Sanctorum patrum instituta seruantes, B portitori *vel* latori[6]) presencium, quem ad talem ordinem promouimus, litteras dimissorias concessimus postulanti, pro ipso testimonium perhibentes quod litteratus sit pariter et honestus.

Vnde caritatem vestram rogamus et exhortamur in domino, vt — cum dictus B ad vos venerit — eum vti officio libere permittatis, super inpeticione sui ordinis ei nullum obstaculum opponentes.

23) Alia littera dimissoria.

Vniuersis ecclesiarum prelatis, ad quos presentes littere peruenerint, talis episcopus salutem in domino.

Vniuersitati vestre M, latorem presencium, virum prouidum et honestum, quem ad talem ordinem promouimus in tali loco et tali anno et die, conmendantes etc.

1) In der sammlung, welche in der vorauer handschrift nach s. 723 dem baumgartenberger formelbuch angehängt ist, ist diese indulgenz unter num. 2 aufgenommen. sie liest hier: *allectiuis premiis*.

2) Ebenda fehlt dieser schlusssatz von *vt* an.

3) Ebenda fehlt *vel locus*.

4) Ebenda lautet diese stelle: *uere confessis et contritis qui monasterium tale dedicationis tempore accesserint*, worauf nur mehr *etc. datum et actum etc.* folgt.

5) Cod.: *peruenerunt*.

6) Cod.: *portitorem vel latorem*.

Digitized by Google

Vltima pars libelli huius, in qua agitur de ordine iudiciario.

1) Procuratorium.

Honorabilibus viris et in Christo dilectis . . iudicibus curie talis loci frater . . abbas et conuentus talis cum affectu dilectionis sincere veritatem et iusticiam iugiter exercere.

Prouidenciam vestram scire volumus per presentes, quod nos in causa, que inter nos ex vna et . . talem ex parte altera vertitur, fratrem . . exhibitorem presencium, nostrum monachum sacerdotem, nostrum procuratorem constituimus in solidum et facimus per presentes, dantes ei auctoritate presencium plenam et liberam facultatem in causa predicta pro nobis agendi, deffendendi, excipiendi, replicandi, paciscendi, transigendi, iuramentum in animas nostras de calumpnia prestandi, et omnia alia generaliter faciendi — etiam si mandatum exigant speciale — que verus et legittimus potest et debet facere procurator, vel que ei concessa sunt a canone vel a iure, dantes ei nichilominus liberam facultatem alium pro se substituendi procuratorem, et illum quociens ei visum fuerit inmutandi, et mandatum idem ad se quociens voluerit reuocandi.

Et vt tam ipse quam substitutus ab eo quilibet in premissis omnibus et singulis premissorum a satisdacionis onere releuentur, promittimus sub ypoteca rerum nostrarum omnium pro ipso vel substituto ab eo iudicio sisti et iudicatum solui, si necessitas id exquiret.

Et in horum omnium testimonium presentem litteram sigilli nostri etc.

Datum etc.

2) Aliud procuratorium.

Vniuersis Christi fidelibus etc. abbas talis salutem in domino.

Digitized by Google

Notum facimus, quod talis in nostra presencia constitutus talem procuratorem suum constituit in causis motis et mouendis contra quascumque personas ecclesiasticas vel etiam seculares coram quibuscumque iudicibus ordinariis, delegatis, subdelegatis, arbitris seu arbitratoribus, conseruatoribus, seu etiam aliis iudicibus quibuscumque, dans ei plenariam potestatem, et mandatum speciale iurandi in animam eius de calumpnia, et de veritate dicenda, et cuiuslibet generis alterius iuramentum faciendi, ponendi, respondendi, excipiendi, transigendi, negandi, testificandi, et si viderit expedire in arbitros conpromittendi, expensas petendi et easdem[1]) cum fuerint adiudicate recipiendi, et omnia faciendi que cum legittimo procuratore possunt fieri seu etiam experiri, dando eidem mandatum speciale alium procuratorem constituendi vel substituendi in iudicio vel extra quocienscumque voluerit et sibi viderit expedire, promittens sub ypoteca rerum suarum iudicatum solui si necesse fuerit, ratum et gratum habiturus quidquid dictus procurator vel ab eo substitutus in omnibus predictis et singulis egerit vel fecerit seu etiam nomine suo duxerit procurandum.

Datum etc.

3) Procuratorium generale.

Nos frater etc. recognoscimus et constare volumus presencium inspectoribus vniuersis, quod nos fratrem talem, monachum et officialem talem domus nostre, latorem presencium, procuratorem nostrum constituimus, sindicum et actorem et nuncium[2]) specialem in omnibus causis motis et mouendis tam pro nobis et hominibus nostris quam contra nos et homines nostros coram quibuscumque iudicibus ordinariis, delegatis, subdelegatis, arbitris, conseruatoribus, baliuis, prepositis maioribus, seu etiam coram aliis iudicibus quibuscumque tam ecclesiasticis quam secularibus, aduersus quascumque personas tam ecclesiasticas quam etiam seculares, aduersus conmunitates et collegia quecumque tam ecclesiasticarum quam secularium personarum, dantes eidem tali procuratori nostro plenariam potestatem, et speciale mandatum agendi pro nobis, deffendendi nos, reconueniendi aduersarios, litem siue lites contestandi, iurandi in animas nostras de calumpnia, de veritate dicenda, et de expensis, et subeundi cuinslibet generis iuramentum, vel te-

1) Cod.: *eosdem.* 2) Cod.: *nuncialem.*

Digitized by Google

stimonium suscipiendi, debita et expensas recipiendi quociens nobis adiudicate fuerint, ponendi, respondendi posicionibus partis aduerse vel parcium aduersarum, conponendi, conpromittendi, transigendi, interlocutorias ac diffinitiuas sentencias audiendi, alium procuratorem vel procuratores loco sui substituendi, vel substitutos renouandi, errorem substituti vel substitutorum reuocandi quociens voluerit et sibi viderit expedire, et omnia et singula ad nos et ad monasterium nostrum siue ad homines nostros spectancia faciendi que faceremus si presentes essemus, ratum et gratum pariter habituri quidquid per predictum N seu substitutum vel substitutos ab ipso factum fuerit in premissis seu in aliquo premissorum, promittentes sub ypoteca rerum monasterii nostri si necesse fuerit iudicatum solui.

Et hoc omnibus iudicibus et partibus aduersis tenore presencium intimamus.

In cuius rei testimonium presenti procuratorio sigillum nostrum duximus apponendum.

4) Forma citacionis.

Frater talis abbas talis loci, iudex vnicus a sede apostolica delegatus, dilecto in Christo tali plebano — *vel* presbytero talis loci — salutem in domino.

Auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis precipiendo mandamus firmiter et districte, quatenus citetis coram nobis apud talem locum ad diem talem post festum talis sancti H de tali loco, domino . . domino preposito et conuentui debite responsurum, certificantes eundem H, quod — siue venerit siue non — diffinitiuam sententiam dicta die per dei graciam proferemus.

Datum anno etc.

Reddite litteras sigillatas cum sigillo vestro, mandato nostro executo.

5) Alia citacio.

Frater talis — *vt supra* — omnibus presbyteris ad quos presentes littere peruenerint salutem in domino.

Auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis in virtute sancte obediencie precipiendo mandamus firmiter et districte, quatenus — quociescumque a latore presencium fueritis requisiti — citetis ad diem conpetentem, *seu* ad dies conpetentes, omnes illos quos lator presencium vobis duxerit nominandos.

Datum etc.

Digitized by Google

6) Forma exconmunicacionis citati pro contumacia.

Frater H — *vt supra* — plebano tali salutem.

Quia H talis, citatus peremptorie per vos de nostro mandato auctoritate apostolica ad instanciam talis, vt compareret ad diem talem coram nobis, non venit, nec pro se misit sufficientem vel ydoneum responsalem, predicto tali prout debuit expectante, auctoritate qua fungimur vobis precipiendo mandamus, quatenus eundem[1]) H — quem sua contumacia exigente in hiis scriptis exconmunicamus — exconmunicatum a nobis publice nuncietis, facientes eum ab omnibus Christi fidelibus arcius euitari.

7.

Hec exconmunicacio fit in non veniente.

Si autem venerit, et non obedierit, vel minus tempestiue recesserit, exconmunicabitur similiter. et ita mandabitur, salutacione premissa:

Quia talis die tali ad quam citatus fuit etiam ad instanciam talis nostris mandatis noluit obedire, *vel* minus tempestiue recessit, vnde et ipsum contumacem non inmerito reputantes, auctoritate qua fungimur, *vt supra.*

8) Alia forma exconmunicacionis.

Frater talis, *vt supra.*

Quia talis, de mandato nostro auctoritate apostolica per vos citatus ad instanciam talis ad talem diem, ad ipsam diem non venit, nec pro se misit ydoneum responsalem, C contra eum prout debuit expectante, ipsum amoneatis vt infra octo dies post recepcionem presencium litterarum nobis de contemptu et parti aduerse de expensis satisfaciat conpetenter.

Alioquin ipsum, quem ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis exconmunicamus, exconmunicatum publice nuncietis, ipsum nichilominus citantes tali die, coram nobis C tali debite responsurum.[2])

9.

Si autem ipse exconmunicatus in ipsa exconmunicacione perseuerauerit, tunc — xl diebus elapsis — potest ipse iudex ipsam sentenciam aggrauare in hunc modum.

Aggrauacio sentencie exconmunicacionis.

Salutacione premissa, scribit iudex delegatus plebano predicto:

1) Cod.: *eidem.* 2) Cod.: *responsurus.*

Digitized by Google

Si denunciastis H talem exconmunicatum de mandato nostro auctoritate apostolica ad instanciam talis pro contumacia sua, et vobis constiterit ipsum dictam sentenciam per xl dies sustinuisse animo indurato, quia crescente eius contumacia crescere debet et pena, auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis mandamus, quatenus ipsum singulis diebus dominicis et festiuis candelis accensis pulsatis campanis exconmunicatum a nobis publice nuncietis, inhibentes ne quis cum eo scienter participet sub pena exconmunicacionis vinculi memorati.

Datum etc.

10.

Postmodum crescente contumacia potest inhibere, ne quis furno molendino fabrica vel quocumque alio casu aut alterius generis mercimonio audeat participare cum eo scienter, eius vxorem et familiam predicte sentencie nichilominus supponendo.

Et si in profundo malorum perstiterit, potest adicere: nisi infra quindenam absolucionis sue litteras a nobis reportauerit, vxorem et familiam eius nec non et omnes cum eo participantes exconmunicetis loco nostri et exconmunicatos publice nuncietis.

11.

Aliquando autem contingit, quod reus post xl dies perseuerat in contumacia sua. et tunc iudices scribere debent episcopo, vt eum etiam conpellat per brachium seculare, si necesse fuerit.

Et debent scribere in hunc modum.

Littera ad episcopum, vt conpellat satisfacere reum per brachium seculare.

Reuerendo patri ac domino tali episcopo deuoti sui tales iudices ordinarii *vel* delegati salutem cum reuerencia et honore, obsequiose voluntatis promptitudinem ex affectu.

